POSITIONES
HASCE DE VERO ET BONO,
IVLIVS RVGERIVS
AD DISCEPTANDVM PROPONIT.

In quibus ſi quid à religione, ac ſumma uerita-
te diſſentire lector animaduertet, id non
ex animi ſententia, ſed ex Ari-
ſtotelis, ac ueterum Philoſo-
phorum placitis pronun-
ciatum ſciat.



VENETIIS, M D LVII.

13 11 3 45

B

HERCVLI GONZAGAE
CARDINALI AMPLISSIMO, PRIN-
CIPI SAPIENTISSIMO, BONARVM
ARTIVM AC DISCIPLINARVM
OMNIVM VINDICI, IVLIVS RV-
GERIVS PATERNAE ERGA IPSVM
OBSERVANTIAE HAERES PATRO-
NO BENEMERENTI, HAEC STVDIO
RVM SVORVM TESTIMONIA.

D. D. D.

SECTIO PRIMA

DE MVNDO.

1 MVNDVS hic pulcherrimus, quem oculis,& mente conſpicimus, ex intellectuali,cœleſti,atque inferiori mũdo conſtructus,cohærere, & optimum ordinem ſeruare non poſſet niſi Deus Opti. Max. ordinis huius author extaret, & omnia cognatione,aliqua quaſi vinculo aſtringerentur, Hæc autem cognatio eſt rerum ESSE.

2 Quod quidem non eſt eſſentiæ effectus, nec modus, nec accidens neque ab ea re,aut ratione ſeparatum,Ab ente verò differt, vt abſtractum à concreto. Quod ens de inferioribus quidditatiue non prędicatur.

3 Non enim vniuocum eſt, ſed nec AEquiuocum, at analogum eſſe iure cenſendum eſt. Nec propterea, pace Auerrois, negamus conceptum, & rationem communem in re ei reſpondere ab analogatorum ratione ſeiunctam.

4 Non ſolum autem entis,ſed vnius quoque participatione res inter ſe conueniunt. Quod quidem non eſt paſſio entis. Nec modus,vt multi exiſtimarunt.

5 Sed nec idem eſt prorſus, quod ens, vt nomine ſolum diſcrępet,pace dixerim Alexandri, Nec re ab ipſo diſtinguitur,& accidẽs eſt, vt credidit Auicenna. At rectius re idem eſſe,ratione diſtingui dicendum eſt.

6 Eius ratio non eſt priuatio aliqua, vt Auerroes, & D. Thomas crediderunt,ſed eſt poſitiua ratio. Quę eadem & relatiue,& priuatiuę concipi poteſt.

7 SI quidem relatiue intelligatur eius ratio erit menſura, quem conceptum eſſe extra eſſentiam vnius, atque ei accidere falſò aſſeruit Auerroes.

8 Vt verò menſura eſt multitudini relatiue opponitur, Atque ea prius eſt ſecundum rationem.

9 At ſi priuatiue cōprehendat̃ eius ratio erit in diuiſibilitas,& multitudini ſecundū priuationē erit oppoſitum Quare ſecūdū rationē hāc erit multitudine poſterius.

10 Abſolute verò Vnum eſt multitudine prius, atque perfectius, Quod Vnum vt multitudini oppoſitum, pacē Scoti, cum ente conuertitur.

11 Nec propterea in eorum ſententiam eundum eſt qui dicunt multa eſſe ens, quia reducuntur ad vnum cum multitudo ſit per ſe ens & cum eo conuertatur, in omnibus enim entibus reperitur quamuis omnes oppoſitū ſentiāt, Nec tamē aufertur vnius cōuerſio cū ente.

12 Quod vnum pluribus modis dicitur, pręcipue verò numero, ſpecie, genere, & Analogia. Inter quas vnitates numeralis eſt maxima. Cuius ratio eſt eſſe in vno à quocunque alio diſtincto. Quare ſingularia erunt maxime entia, maxime vera, & maxime bona.

13 Huius autem vnitatis principium eſt tum forma, tum materia, tum accidentia intrinſeca pariter, atque extrinſeca, forma tamen eſſe cauſa maxime principalis.

14 Indiuiduorum autem ſignatorum, vt vocant, nullū eſt pace omnium per ſe principium, cū enim ex Ariſtote. ſententia ſint entia per accidēs eorum vnitas erit quòque per accidens.

15 Plura ſunt in vnaquaq; ſpecie indiuidua ſignata eorū tamē certus numerus aſsignari nō poteſt. Quorū pluralitas a natura facta eſt ob formę perpetuitatē. Nulla igit̃ forma corruptibilis in vnico īdiuiduo ſeruari pōt

16 Huic vnitati ꝓxima eſt ſpecifica, cuius principium eſt tū forma, tum materia, cauſa autē principalis ē forma. Ratio ſpeciei eſt eſſe in multis numero differentibus.

17 Ex quorum multitudine, aut paucitate illius perfectio, aut imperfectio metienda non eſt, ſpecies autem plures ſunt, & certo numero comprehendunt, omnes tamen in perfectione neceſſario diſpares ſunt conſtitutæ

18 Tertio loco eſt vnitas Generica. Cuius principium eadem eſt forma quæ vnitatem ſpecificam largitur di-

uerſa tamen ratione ſumpta, Generis ratio eſt eſſe in multis ſpetie differẽtibus inter quæ vnum eſt metrum & menſura aliorum cum omnium ſit perfectisſimum

19 Poſtrema vnitas ea eſt, quæ ſecundum analogiam dicĩ, cuius principiũ eſt forma ſpecifica. Eadẽ.n. forma ſpetialẽ, numeralẽ, generalẽ, & analogicã vnitatẽ pbet

20 Cum ipſa nec vniuerſalis nec particularis exiſtat. Analogi autem ratio eſt eſſe ſecundum prius, & poſterius in multis genere differentibus. Quare inter Analogata vnum erit ad quod cętera attributionem habebunt & à quo omnia, vt à fonte manabunt, vt eo dempto ſtatim peſſum eant.

21 Eſt autem ſigillatim vnumquodque genus, & ſpecies extra animam poſita. Non quidem in potentia remota, aut proxima. Sed in actu, quicquid Ariſtotelis interpretes, eius ſententiam nõ aſſequentes dixerint. Et quod magis videtur abſurdum vnumquodque Analogum extra animam in actu repetitur.

22 Quæ ſingula in communi ſumpta, vt Genera, ſpecies, aut Analoga ſunt ſecundas intẽtiones eſſe cum Ariſt. interpretibus non iudicarem. Cum extra animã actu, ni fallor, exiſtant, & realis ratio eis correſpondeat.

23 Ea verò omnia, quæ in aliqua harum vnitatum nõ conveniunt cum tamen nomine nõ diſcrepent, æquiuoca ſunt nuncupãda. Quare inter ſe cõparati nequeunt, & nullum prædicatum eſſentiale de illis prędicatur, etſi accidentale aliquod prædicati nihil prohibeat.

24 Cum vnitate Identitas conuenit. Quæ eſt vnitas eſſentiæ plurium, aut vnius, vt plures, conſiderati; Cum ente igitur idem cõuertitur, & in omnibus reperitur.

25 Eidem opponitur diuerſum, quod cum ente conuertitur, eius ratio eſt cum ſit ens non eſſe idem.

26 A diuerſo, vt ſpecies à genere diſtinguitur differens, Cuius ratio eſt cum ſit diuerſum aliquo diſcrepare. Hinc quatuor oriuntur oppoſitionum genera, Cõtradictio, priuatio, & habitus contrarietas, & relatio.

27 Inter quas oppoſitiones maxima eſt contrarietas, mini ma vero contradictio, Quamuis hæc ſit omnium maxime communis.

28 Eſt quidem cōtrarietas oppoſitio inter duas ſpecies ſub eodem genere maxime diſtantes inuenitur .n. primo in iis quæ ſunt in loco in aliis vero ſecundum ſimilitudinem. In vno quoq; igitur genere duo ſolum erunt contraria.

29 Quorum vnum ſemper habet rationem priuationis, & reliquum habitus, Et vni vnum tum eſt contrarium, Quid ſi plura?

30 Contrariis hæc conſequuntur quod habeant materiam, ſimul eſſe nequeant, & ſi vnum fuerit in natura, ſit etiam neceſſario reliquum.

31 Inter contraria verò medium, vel media ſunt cōſtituta, ad vtriuſque extremi naturam accedentia. Hæc ex cōtrariis conſtant, nō quidē in actu perfecto, vt credidit Auicenna nec in remiſſo, vt dixit Auerroes, ſed virtute ſolum, Vt Ariſtotelem ſecuti docuerunt Latini.

32 Hec de contrariis, Habitus verò eſt ſubiecti perfectio, Cui opponitur priuatio, quę non eſt natura quædam ſed mera abſentia in ſubiecto quod natura idoneum eſt ad formam & perfectionem ſuſcipiendam.

33 At cum alia habitus accquiſitionem priuatio antecedat alia eiuſdem interitum conſequatur, tam hæc poſtrema quam illa prior poſſibilitatem rei in ſubiecto connotat pace Auerrois.

34 A priuatione igitur non ſolum ad formam, Vt credidit Simplicius, ſed etiam ad habitum quod ipſe negat regreſſum poſſibilem eſſe iudico, nec huiuſmodi diſtinctionem approbo, Idem tamen numero redire impoſſibile eſt non ſolum in naturalibus, ſed etiam in arte factis pace non nullorum dixerim.

35 Conſtat itaque nullā priuationem perpetuam eē, Cæterum nec in re ſempiterna priuatio aliqua eſſe poteſt

36 Habitibus verò imperfectiores ſunt priuatiōes omnes,

Quic quid dicat Auerroes decimo Metaphiſices.
Nec tamen ita prauæ ſunt iudicandæ, vt inter bona non collocentur.

37 Inter ipſas & habitus nullum dedit natura medium. Quid ſi illam dediſſe defendo?

38 Tertium oppoſitionis genus eſt relatio, quæ definitur eſſe oppoſitionē, qua vnum ad oppoſitū aliquomodo dicitur, Hæc non eſt in entibus ab anima effecta, vt iſta ablata proportio omnis, comparatio, atque relatio auferatur, Quod dicebat Cōmentator Auerroes.

39 Inter ea autem quæ relatiue opponuntur nullum eſt medium. Quid ſi aliquod poteſt eſſe medium?

40 Poſtremo loco nobis ſe offert contradictio. Quæ eſt oppoſitio cuius cum nihil ſit medium, cuicunque enti altera pars adeſt, Contradictoriorum, igitur ſi vnum fuerit impoſsibile, alterum erit neceſſarium.

41 Dictum iam eſt entia vna eſſe, & multa, Quantitatem igitur habere videntur traſcendentem quidem, & eiuſdem naturę, cuius entia in quibus reperitur, vt in abſtractis, & in materialibus ſubſtantiis ſubſtantia exiſtat, in accidentibus vero accidens.

42 De hac quantitate agere Metaphiſici munus eſt eius autem ratio eſt in partes inexiſtentes diuidi poſſe. Quæ cum ſit analoga, eius primum Analogatū erunt ſubſtantiæ ſeparatę in ipſis enim primo inuenitׅ quantitas

43 Quæ cū ſint vere quantitates, & non ſecundū ſimilitudinem dicta Pythagoreorum ſi in hanc ſententiam trahantur veriſsima erunt, Magnitudo nanque, & numerus ſubſtantiæ erunt, & ſenſibilibus quidem priores.

44 Quantitatem porrò habentia æqualia, vel inęqualia dici poſſunt. AEqualia ſecundum Simplicium illa ſunt, quæ iiſdem menſuris metiuntur, ſed cum prius res ſint æquales, quā menſurentur, rectius dicemus illa eſſe ęqualia quorum quantitas eſt vna, Inęqualia quorum eſt diuerſa quantitas.

45 Nobis vero tum æqualia tum inæqualia ex menſura

innoteſcunt, & illa æqualia eſſe cognoſcimus quæ ad menſuram eodem modo ſe habent, inæqualia quę diuerſo modo.

46 Eſt enim menſura quantitas nota; qua ignota quanta cognoſcimus. Ei competit priorem, notiorem, ſimpliciorem independẽtem, Vnigeneam eſſe menſurato.

47 Hęc tum à maximo, tum à minimo peti poteſt illa .n. maiora eſſe cognoſcimus, quæ ad maximum propius accedunt, & ea pariter quæ à minimo lõgius recedunt omnium autem quecunque ſunt ratione maximi ſimpliciter menſura eſt Deus pace iuniorum.

48 At ratione minimi omnium ſimpliciter menſuram eſſe materiam non inepte dicemus. Menſura vero in genere Analogo atq; in vniuoco ratione maximi eſt Analogatum primum, & ſpecies præſtantior, ratione minimi ſpecies ignobilior, & infimum Analogatum.

49 Et quamuis ſecundum naturam quę ratiõe maximi eſt menſura verius metiatur. Nos tamen ſecundum noſtrum cognoſcendi modum res minimo menſuramus.

50 Eſt porrò maius quantum non quod magis diſtat à non quanto, Nec quod maiorem denominationem habet ſecundum numerum (Cum minus etiam habere poſſit maiorem ſecundum numerum denominationem)

51 Sed quod plus formę habet; Nos autem illud plus formę habere comprehẽdimus, quod alteri comparatum excedit & illud cõtinet, minus autem quod continet.

52 Partitur quidem hęc quantitas in magnitudinẽ, & numerum, ſiue multitudinem. Conuenit entibus magnitudo, qua tenus vna ſunt, tota atque perfecta, at numerus ea ratione qua multa ſunt. Quare magnitudo pace plurimorum eſt multitudine natura prior atque ſimplicior.

53 Magnitudinis ratio eſt quantitas diuiſibilis in ſemper diuiſibilia. Finita tamen eſt magnitudo omnis tum ad maximum, tum ad minimum. Quare infinitam perfectionẽ ex Ariſtotelis ſententia ponere eſt impoſſibile.

54 Multitudo verò eſt quantitas diuiſibilis in partes indiuiſibiles, eius termini ſunt vnitates, partes verò vnitates vel numeri.

55 Quare & vnitatum collectionem numerum eſſe dici poteſt quamuis prẹter ſuas vnitates aliquid ipſum eſſe nonnullorum pace fatendum ſit. Quid ſi nihil prẹter vnitates numerum eſſe defendo?

56 Hactenus de vno, & eius oppoſitis, adiunctis, ac conſequentibus. Iam agẽdum eſt de vero: Quod non eſt paſſio, nec modus entis, ſed idem realiter quod ens ratione diſtinctum.

57 Eius ratio non eſt adæquatio rei, & intellectus, ſed eſſe cognoſcibile, erit itaque maxime verum, quod eſt ma maxime intelligibile.

58 Vero ſequitur bonum, Cum eo ſit ratione, & natura poſterius ipſum quoque ab ente ſola ratione ſeiunctũ Cuius ratio eſt eſſe appetibile.

59 Appetibilitas enim nõ ſequitur rationem boni, vt plerique crediderunt, ſed eſt ipſamet boni ratio, ſunt igitur bonum, verum, & vnum in omnibus tum actu, tũ potentia exiſtentibus, & quamuis ſint de illorum eſſentia, de eis tamen quidditatiue non prẹdicantur.

60 Entium præterea quædam actu, quædam potẽtia, quædam actu, & potentia ſunt. Eſt quidem potentia omnis actiua, vel paſſiua. Nec propterea obiectiuam auferimus, quam Thomiſtarũ pace concedendam puto. Quamuis Scoti defenſio mihi nullo pacto arrideat.

61 Eſt porrò potentia paſſiua principium tranſmutationis ab alio in quantum aliud, Actiua verò principium traſmutationis in alterum in quantum alterum. Nec propterea aufertur quin idem in ſeipſum agere, & à ſe ipſo pati, per ſe poſſit.

62 Atque potentia omnis non ſolum paſſiua, ſed etiã actiua contradictionis eſt. Quare omnis potentia finita eſt ſecundum Ariſtot.

63 Nec potentia actiua minus, quam paſſiua actui op-

ponitur, quicquid nonnulli dicant. Neque eſt in natura potentia aliqua, quæ ad actum quandoque non deducatur. Nihil igitur habet potentiam ad generationem, quod non generetur, neque ad interitum, quod non intereat.

64 Omnis verò potentia ſuperior poteſt quicquid inferior & preſtantiori modo. Nec exceptionem aliquam, pace Iuniorum, patitur hec propoſitio.

65 Finita porrò cum ſit potentia omnis terminis aliquibus neceſſe eſt circumſcribi, quos excedere non valeat. Atque potentię, quidem actiuæ robur determinatur ad maximum in quod poteſt. Paſſiuæ vero excellentia ad minimum à quo poteſt.

66 Potentiæ opponitur impotentia. Cuius ratio eſt priuatio potentię. Hanc ad maximum, vel ad minimum terminari temerè, ni fallor, aſſeruerunt interpretes. Priuationes.n. cum ſint impotentię, habituũ terminis excluſiue terminantur.

67 Actiua igitur determinatur ad maximum in quod potentia actiua poteſt, paſſiua verò ad minimum à quo paſſiua potentia pati poteſt.

68 Præter hanc autem impotentiam in paſſo non eſt reſiſtentia quam alii actionem alii paſſionem, alii impedimentum eſſe dixerunt, Cum nihil aliud ſit reſiſtentia, ni me mea fallit opinio, quam priuatio paſſionis, & ab impotentia diſtinguit, vt paſſio à potentia paſſiua.

69 Ex quo elicitur fieri non poſſe, vt magna in agente exiſtente potentia magna in paſſo ſit reſiſtentia.

70 Eſt porrò potentia actiua paſſiua præſtantior, & agens paſſo. Non tamen ſimpliciter ſed ea ratione qua agit, quicquid nonnulli dixerint, quare vera erit propoſitio in omni agente non ſolum totali, vt dicebat Scotus.

71 Omni autem potentiæ actiuę paſſiua opponitur, & paſſiuę actiua reſpondet. Quare omne poſſibile ab intrinſeco eſt poſſibile ab extrinſeco, & è conuerſo.

Omni

72 Partitur actiua potentia in naturalem & rationalem, Naturalis eſt, quę vnius ſolum eſt oppoſitorum. Quid ſi vtriuſque?

73 Huius potentiæ proprium eſt, vt paſſo approximata ſtatim atque omni conatu agat. Quare ex ſe agere non poteſt, ſed eius actionis principium eſt quod ipſum genuit.

74 Credendum vero non eſt agentia naturalia dirigi ab intelligentia non errante in proprios fines. Qua ablata agerent quidem ipſa ſed non ob aliquem finem. Quinimo natura ſua ad finem feruntur, & eius gratia agunt quæcunque agunt.

75 Ratio verò potentia eſt oppoſitorum, Quid ſi alterius ſolum? Huius potentię ꝓprium eſt vt paſſo approximata poſſit nō agere. Et vehemētius, atque remiſſius agere. Quare principium actionis ipſa eſt nō generās.

76 Ordinatur autem potentia in actum, qui eſt ratio eſſendi, & cognoſcendi vnumquodque, & eſt potentię finis, atque ea prior ratione, ſubſtantia, & tempore. Quid ſi potentia eſt prior ratione actu?

77 Diſtinctionem, igitur potentiarum per actiones ſuas tum à priori eſſe, tum etiam à poſteriori ſecundum rationē defendi pōt, Eſt tamē actus potentia pręſtantior

78 At non omnis, cum plures actus potentiis imperfectiores reperiantur, omnes autem tum actus, tum potentiæ determinantur ad maximum, & minimum tēpus in quo eſſe, & non eſſe poſſunt.

79 Actuū plura ſunt genera, inter quæ eſt actio immanēs quam in agente eſſe pace latinorum, non eſt arbitrandum, cum verè ſit in paſſo, in quo actionem omnem tum immanentem, tum tranſeuntem eſſe ſtatuimus.

80 De qua tranſeunte actione loqui dabitur nobis rurſus occaſio, præter vtramque verò actionem alius actus eſt qui opus dicitur. Hic actionem conſequitur, & eſt in paſſo cum eius ſit vltima perfectio.

81 Quo tamen adueniente non deſinit potentia nō ſolum

actiua ſed nec etiã paſſiua, vt cõmuniter exiſtimatur.

82 Entium præterea quædam cauſæ ſunt. Quedam effectus, Ratio cauſæ eſt id ad cuius eſſe ſequitur aliud, Quę definitio omnibus cauſis conuenit quicquid Iuniores dixerint.

83 Conuertitur cauſa cum principio, & æqualis eſt ambitus pace D. Thomæ, omnis verò cauſa eſt ſuo effectu nobilior, Quæ propoſitio vniuerſaliter, & per ſe vera eſt, Quamuis oppoſitum aſſeruerit Scotus, quem ſecuti ſunt Iuniores.

84 Contrariorum autem effectuum contrarię ſunt cauſæ, Quid ſi idẽ eſt cauſa cõtrariorum, & contraria eiuſdẽ?

85 A cauſis verò, quarum natura eſt eadem, & non differunt niſi ſecundum magis, & minus non prouenit niſi vna natura differens ſecundum magis & minus, Nec exceptionem aliquam patitur hæc ꝑpoſitio pace Iuniorum, Quamuis cauſę diuerſorum generum eędem eſſe poſsint nõ ſolũ genere, ſed etiã ſpecie, & numero.

86 Sunt porrò cauſarum plura genera, Non tamen infinita, ſed quatuor. Efficiens, finis, forma, & materia, Nec in aliquo cauſarum genere proceſſus eſt in infinitum, ſed tum ſuperius aſcendendo, tum inferius deſcendendo ſtatus in cauſis eſt.

87 His autem quatuor cauſarum generibus exemplar & Inſtrumentum addebat Plato. Quę ni fallor, cauſæ ſunt ſuperuacaneę. Eius tamen ſententiam diſputandi gratia quoque defendam.

88 Eſt quidem materia, cauſa ex qua fit aliquid cum inſit Hæc effectui præbet eſſe in potentia, forma verò eſt cauſa rem in actu conſtituens.

89 Efficiens eſt cauſa vnde motus. Finis autem eſt cauſa cuius cauſa cætera agunt, Iure igitur dicetur cauſa cauſarum cum omnes cauſę ſint propter ipſum.

90 Non differt autem re, aut ratione a cauſa finali, Cauſa igitur finalis eſt extra animam, nam finis, vt eſt in anima mouet ſolum in genere cauſę effectricis.

91 Efficientis actio eſt rem ex potentia ad actum deducere, Quare nullius æterni permanentis, aut ſuccesſiui eſt cauſa effetrix pace Simplicii,& Latinorum.

92 In caducis autem in quibus eſt efficiens, Idem neceſſario eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, quicquid Plato,& Auicenna dixerint.

93 Quod etiam eſt effectui vniuocum, & ab eo in quantũ vnum non prouenit immediate niſi vnum, quæ propoſitio pace Iuniorum eſt per ſe,& vniuerſaliter vera.

94 Agenti, vt cauſa per accidens opponitur caſus, qui in æternis & neceſſariis pace veterum non reperitur,ſed in iis quæ aliter euenire poſſunt. Nec iis quidem omnibus, non enim in illis quæ plerunque fiunt, nec in iis quæ æqualiter,vt dicebat Auicenna. Præſertim cum talia non dentur,ſed in iis ſolum quæ raro fiunt.

95 Hic ab agente realiter non diſtinguitur,ſed cum ambo re,copulata ſint,cogitatione inter ſe differunt. Quæcunque igitur ab aliquo agente prçter eius finem, & propoſitum fiunt caſu fieri dicendum eſt pace Alexãdri,& Simplicii.

96 Nec eorum quç caſu fiunt aliqua eſt per ſe cauſa illa dirigens, vt nonnulli Deum putant, cum non minus cauſæ remote horum effectuum ſint per accidens, quam proximæ.

97 Qui effectus,vt quãdoq; à caſu fiunt,ita ſçpe & naturaliter fieri nihil ꝓhibet, cum harũ cauſarum diuerſitas effectus diuerſitatem nõ inferat,vt putauit Auerroes.

98 Cauſarum porrò omnium præſtantisſima finalis eſt, ei proxima eſt effetrix,huic forma omnium vero infimã materia eſt Quç cauſæ eſſe poſſunt inuicẽ cauſæ, Quare idem reſpectu eiuſdem erit cauſa, & effectus.

99 Eiuſdem vero effectus plures eſſe poſſunt agentes, plures quin etiam fines, cum plures ſint cauſarum modi,aut enim cauſa vniuerſalis eſt,aut particularis, aut per ſe,aut per accidens aut cum complexione,aut ſine aut actu,aut potentia.

101 Verum, cum de cauſis & effectibus vulgata ſit propoſitio propter quod vnumquodque tale, & illud magis, quę vt puto ab omnibus recte non intelligitur, & tot exceptionibus limitatur, vt falſa magis quam vera videatur, illam ego ita interpretādam cenſeo quod de analogatis ſit intelligenda, vt ab vno analogo cōtinentur, ita enim illam Ariſtoteles accepit, & ſemper vera eſt nec aliqua indiget limitatio ne, ſed hactenus de cauſis, & effectibus.

102 Rerum ad hæc aliç ſunt neceſſarię aliæ contingentes, non enim omnia neceſſario, & ineuitabiliter eueniunt vt placuit Chryſippo, Neceſſarii autem ratio non eſt priuatiua, ſed poſitiua, Neceſſarium enim eſt, quod ſemper eodem modo ſe habet, Etſi priuatiue quoque concipi poſſit, atque definiri id eſſe, quod aliter ſe habere non poteſt.

103 Nullum igitur neceſſarium effectum eſſe poteſt, nec aliquid eſt per aliud neceſſarium. Verum omnia ex propria natura neceſsitatem habent quecunque neceſſaria ſunt, cum aliquam non includant potentiam.

104 Ratio enim poſsibilis, ſiue contingentis eſt potentiam habere, poſsibile igitur ab intrinſeco ab alio perpetuari non poteſt, Quod veriſsimum eſt non ſolum in permanentibus, ſed etiam in ſucceſsiuis.

105 Poſsibile quoque ab extrinſeco non poteſt nec à ſe, nec ab alio æternitatem conſequi, eſt autem neceſſarium poſsibili prius natura tempore, & ratione. Quare eſt eius cauſa.

106 Poſsibili opponitur impoſsibile, eſt autem impoſsibile id, quod habet impotentiam, Quare omnia poſsibilia impoſsibilia dici nihil prohibet, Quę autem ſimpliciter ſunt impoſsibilia impotentiam ſimpliciter habēt.

107 Atque naturę impoſsibilia cunctis ſunt impoſsibilia ſecundum Ariſtot. & quod impoſsibile eſt fuiſſe impoſsibile eſt eſſe, aut fieri.

108 Præter Neceſſarium & contingens poteſt finitum, &

infinitum in entibus conſiderari, Finitum illud eſt, ꝙ finem habet, & terminum, omne igitur finitum perfectum, & falſiſſima erit, pr opoſitio illa, quod finitum id eſt, cui additio fieri poteſt.

109 Poteſt autem finitum per finiti repetitam ablationem abſumi. Quid ſi per repetitam finiti ablationem nunquam abſumitur?

110 Ei opponitur infinitum, Quod quidem non eſt cuius nihil eſt extra, vt veteres crediderunt, ſed cuius ſemper eſt aliquid extra, & terminis caret.

111 Quare infinitum omne imperfectionem dicit pace iuniorum, & ratione ea qua infinitum eſt, per ſe cognoſci aliqua cognitione non poteſt.

112 Nullum porrò eſt, aut eſſe poteſt actu infinitum ſecundum Ariſtotelem, Cum tamen plura infinita potentia dicantur.

113 Ad infinitum verò nullam habet proportionem finitum, neque etiam attingentiæ, pace Scoti, Verum infinito quoque infinitũ eſt improportionale, & vt à quopiam conſequi non poteſt ita ab aliquo exoptari pace Auicennę impoſſibile eſt.

114 Entium præterea quædam priora, quędam poſteriora dicuntur prioris autẽ ratio cum multiplex ſit vix tradi poteſt, deſcribentes tamen dicemus illud, eſſe prius quod aliud quo quomodo præcedit, ſi quidem proximius eſſe principio, non ſit eius definitio ſed modus & ſpecies, quicquid dicat Antonius Andreas.

115 Prioris itaque genus vnum ſiue modus eſt, quod proximius eſt principio, vel ſimpliciter vel ſecũdum quid Atq ue ſecundum hunc modum prius dicitur aliquid loco, t empore, motu, potentia, & ordine.

116 Aliud genus prioris eſt ſecundum cognitionẽ, ſecundum qu em modum. Quæ nobis priora ſunt, naturæ ſunt po ſteriora, ſunt autẽ quò ad nos priores effectus, cauſæ verò quò ad naturam.

117 Tertio modo prius dicitur ſecundum naturam ea

autem ſunt natura priora, quæ poſſunt eſſe ſine aliis, alia non ſine ipſis; Quæ definitio non debet accipi ſecundum intellectum, vt Iuniores crediderunt. Sed ſecundum rem ipſam.

118 Atque hęc, quæ natura præcedunt omnium maxime proprie priora ſunt, Nec temporis prioritas naturæ prioritatem infert.

119 Poſtremo de iis quę ſunt totum, & pars prædicantur, ſunt quidem partes ex quibus aliquid componitur, & in que diuiditur, totum verò quod multa continet vt partes.

120 Habet hoc totum entitatem vnam realem, & à ſingularum partium entitate realiter diſtinctam, Ab omnibus verò ſimul iunctis rationē ſolum diuerſam, Atque hoc perpetuæ veritatis eſt in quocunque toto.

121 Totum quidem eſſentiale poſterius eſt partibus ſuis, Quantitatiuum verò eſt prius illis. Sed hactenus de Mundo.

SECTIO SECVNDA

De Mundo intellectuali.

AB vniuerſa verò natura ad ſingulas eius partes conſpiciendas nobis iam conuertentibus primò ſe offert ſubſtantia, quę cum per ſe ſubſiſtat aliorum omnium ratio eſt, quod ſint, hęc vniuoca nō eſt ſed Analoga, cuius primū Analogatum eſt ſubſtantia ſeparata

2 Huius autem ratio eſt ſubſtantia neceſſaria incorporea Quę reliquarum ſubſtantiarum eſt cauſa tum contingentium, tum neceſſariarum, atque corporeis æternis natura prior eſt; caducis verò etiam tempore.

3 Compoſitionem verò omnem excludit non ſolum eam quæ eſt materiæ & formæ, aut generis & differentiæ, aut ſubiecti, & accidētis verum etiam eſſe & eſſentię.

4 Cuius vnitatis cauſa non eſt forma, ſed tota ipſius eſſentia eſt ſibi met vnitatis cauſa, Pluralitas autem numeralis ſub eadem ſpetie in ſubſtantiis abſtractis non eſt concedenda.

5 Quæ non ſolum ingenita ſunt, nec interitui, aut incremento obnoxię, verum etiam alterationi, aut motui locali ſubiacere nequeunt.

6 Et quamuis præſtantiſſimæ ſint finitæ tamen virtutis ſunt iudicandæ, nec aliquopacto infinitæ. Quid verò abſurdi ſequitur ſi illas infinitas eſſe dixerimus? Etſi rectius cum Xenofane Colofonio dicendum putem nec finitas, nec infinitas eſſe.

7 Verò porrò æternę ſunt, nec potentiam aliquam paſſiuam habent, ſed nec etiam, actiuam ad motum, etſi potentia actiua ad vbi ab eis, non ſit auferenda, quæ etiam eſt potentia contradictionis.

8 Plures verò actiones habent, nec quidem ſecundum omnes à corpore preſcindunt, internæ earum actiones, quas immanentes vocamus duę ſunt intellectio, & deſiderium, Quarum prior atq; perfectior eſt intellectio pace dixerim Scoti, vnde intelligentiæ vocatę ſunt.

9 Cum autem ſint perfectiſſimę ſubſtantię, & ab aliis

cognoſci nequeāt exactè,ſeipſas intelligere fatēdū eſt

10 Quarum actio cum à ſubſtantia non diſtinguatur intellectio intelligens, & intellectum in eis nullo erunt diſcrimine ſeiuncta, ipſas vero intelligere non accipit metaphiſicus ab animaſtico ſed ipſe met id oſtendere poteſt quicquid dicat Auerroes.

11 Et quamuis ſe ipſas intelligant, Diſſimulandum tamen non eſt inferiora quoque omnia cognitione complecti,in quorum intelligentia non viléſcunt.

12 Intelligunt enim inferiora per ideas in ipſis actu exiſtentes,Quę ex Ariſtotelis quoque ſententia ſunt concedendæ.Non tamen omnium ſi quidem non ſint generum,aut Analogorum.

13 Aut etiam ſingularium,Quorum notitiam intelligentiæ non habēt quicquid dicant latini. Sed ſolum ſpecierum Ideæ in ſupremis mentibus relucent. Quid ſi generum,& ſingularium ideas in illis collocari defendo?

14 Poſtquam verò intellexerunt,iam diligunt,& volunt, Quæ voluntas volitum & volens idem omnino ſunt Hac autem voluntate excitatę intelligentiæ actiones efficiunt.

15 Non tamen rationalia agentia ſunt, aut naturalia, ſed eminentiori modo agunt quæcunque agunt. Ita tamē agunt,vt non agere, aut perfectiora facere quam facta ſint nequeant, Etſi diſputationis gratia naturalia agentia eſſe defendam.

16 Earum actio tranſiens eſt circumlatio, cicumferre autē nequeunt,niſi corpori ſint affixæ, Cuius cauſę formales,finales,& effectrices ſunt.

17 Etſi nec efficientes,nec formę,nec fines eſſe eius corporis ſed nec etiam motum verè efficere, tueri poſſit.

18 Ex his conſtat ponendas non eſſe Ideas ſubſtantias ſeparatas diuinæ menti aſſiſtentes, vt ſępe uiſus eſt voluiſſe Plato non enim mouerent,Sed nec etiam Dęmonas natur ali ratione ponere compellimur.

Cum

19 Cũ plures autẽ perpetuos motus conſpiciamus plures ſubſtantias ſeparatas fateri cogimur. Inter ſe nec ſpecie, nec genere conuenictes, ſed Analogia, Quare inter ipſas vna neceſſario eſt ad quã omnes, vt ad primum Analogatum attributionem habent.

20 Hæc porro Deus eſt opt. Max. qui cæteris intelligentiis eſt ratione, natura, & ordine prior, omniũ quin etiam cauſa.

21 Non ſolum finalis, ſed formalis, atque effectrix, Quamuis non ſolum noua creatio ſed æterna quoq; emanatio à Peripatetico concedi, nequeat.

22 Hic maxime eſt ens, & ab eo communicatum eſt eſſe, & viuere omnibus, his quidem clarius, his verò obſcurius, Atque omnia ab ipſo perpetuantur, Quamuis plura entia natura ſua æterna ſint.

23 Maxime quoq; vnus eſt, & cæterorum vnitatis cauſa, ſummum bonum eſt, & omnibus cauſa, vt bona ſint. Quare ipſe ſolus verè per eſſentiam bonus dici poteſt.

24 Summe ſimplex eſt, Non tamen ſimpliciter, Atq; ſimplicitas eius eſt perfectiò ſimpliciter pace nonnullorum.

25 Perfectiſsimus eſt, & perfectionis omnium menſura ſimpliciter, In eo nanque ſunt rerum omnium perfectiones, & preſtantiori quidem modo quam ſint extra ipſum, Actus enim puriſsimus Deus eſt, & potentiæ nullo pacto particeps.

26 Qui ſeipſum ſolum intelligit, & per eſſentiam omnia cognoſcit ſecundum tamen proprias rationes, & vt inter ſe diſtincta ſunt pace multorum.

27 Eius ſcientia eſt rerum cauſa, Quare res tales ſunt, quia Deus illas ita cognouit, Non igitur ab eo auferenda eſt prouidentia.

28 Quæ eſt ratio ordinis rerum in finem, Quare à gubernatione, & à diſpoſitione diſcrepat pace multorum.

29 Omnia porro diuinę prouidẽtiæ ſubiacent, Non tamẽ omnibus immediate Deus prouidet. Et quamuis non

agat propter alia, eis tamen per accidens nõ prouidet.

30 Priuatiões verò, & mala atq; ĩfinita nõ cognoſcit, cũ eius ĩtellectus ſẽper ſit ĩ actu & actũ reſpiciat. Neq; Enũciabilia ĩtelligit, eius. n. ſciẽtia ẽ ſine cõpoſitiõe et diuiſiõe

31 Hic vt reliquę intelligentię orbi eſt affixus, Quẽ mouet nõ ſolũ vt finis, ſed etiã vt agẽs immediatũ, & præter eũ õnes alios quoq; orbes mouet, Finitę tamẽ virtutis ẽ

32 Poſito igitur infinito mobili Deus ipſum non moueret ſed etiam cœlum quod mouet poſſe velocius, aut tardius mouere pace Alex. ridiculum eſt.

33 Cognoſcitur autem Deus non ſolum à ſeipſo, verũ etiã ab inferioribus inteligentiis, Non tamen per earũ eſſentiam, ſed per ſe ipſum Qui illarũ eſt forma, A nemine verò pręter ipſũ perfecte cognoſci, aut cõphẽdi poteſt.

34 Nos quoq; illum vt reliquas intelligẽtias quidditatiue cognoſcimus, Quamuis nec ipſe, nec intelligentiæ veras habeant definitiones.

35 Et cum nominibus cognitionem noſtram ſignificemus, Nomina Deo impoſita eius eſſentiã exprimunt, Et poſitiua quidem poſitiue, priuatiua verò priuatiue illam indicant quicquid multi dixerint.

36 Quæ nomina & ſi ab aliis entibus accepta ad diuinitatem manifeſtanda extollantur, Magis tamẽ ꝓprie illi conueniunt quam aliis, De quo & reliquis idem nomẽ ſecundum eadem rationem dicitur pace D. Thomæ.

37 Nomina verò õnia nõ ſolum propria, ſed etiã tranſlata quicquid dicat D. Tho. prius prædicant de Deo, quã de reliquis ꝗd ſi prius ꝑdicãt de reliquis quã de Deo?

38 De quo nomina omnia relationẽ quoq; importantia ad inferiora ab ęterno dicunt, Nec nomina de Deo dictã ſunt ſynomina cũ eius eſſentiã diuerſimode exprimãt.

39 Cęterũ nõ ſolũ Sĩplici cognitione Deũ cognoſcimus, ſed etiã complexa, Quare propoſitiões affirmatiuas de eo ꝓferre poſſumus, Quid. n. ꝓhibet ſubiectũ, & prædicatũ in eo excogitari. Atq; hæc õnia peripateticis principiis conſentire exiſtimo, quorum tamen plura veritati adari credendum eſt.

SECTIO TERTIA
DE MVNDO CORPOREO
Et Cœleſti.

1 VErum ab intellectuali mundo ad corporeum,& ſenſibilē iam deſcendamus,Qui non eſt magnitudine infinitus,vt credidit Anaximenes, Nec multitudine, Vt Democritus, ſed finitę molis cum ſit,Vnicus quoq; eſt Ad quod aſtruendum validiſsimæ ſunt rationes Ariſtotelis, Quas euertere multi incaſſum experti ſunt.

2 Hic vero vnicus mundus nō eſt genitus, & corruptibilis, Vt Anaxagoras aſſerit, atque Empedocles, Nec genitus quidem ſed incorruptibilis, verum omni ex parte æternus.

3 Nequę à Deo effectus noua,aut æterna effectione ,Quare inter Platonem,et Ariſtote. cōcilium tradi hac in re poſſe nō exiſtimo , pace dixerim Simplicii, & aliorū.

4 Cuius ratio eſt corpus omnibus numeris perfectum, & abſolutum extra quod neq; locus, neq; tēpus, neque corpus aliquod reperit,ſed ipſum in ſe omnia cōtinet.

5 Eſt autem corpus,quod trifariam, & omni ex parte diuiſibile eſt, Quæ definitio non ſolum corpori mathematico conuenit,verum etiam naturali, Omne igitur corpus finitum eſt,Et corpora ſe penetrare impoſsibile eſt pace Simplicii qui penetrationē ī aliquibus cōcedit

6 Non competit autem,ea quam diximus, definitio corpori,Vt eſt de prædicamento ſubſtantiæ pace Ioānis Grammatici,ſed vt eſt in quantitate, Verum neq; illa eſt corporis ſubſtantialis recta definitio, Vt opinor; Corpus illud eſſe quod habet propenſionem in motu.

7 Si quidē propenſio ſit qualitas,quare definitio non erit ſubſtantiæ,crederem ego optimam eſſe, corporis ſubſtantialis rationem ſubſtantia habens naturam, Non eſt autem natura materia ſolum, Vt Antiphon credidit,Nec compoſitum, Vt multi veteres falſò aſſeruęrunt, Nec corporeæ facultates grauitas, & leuitas Vt Ionicorum ſcola docebat.

ponitur, quicquid nonnulli dicant. Neque eſt in natura potentia aliqua, quæ ad actum quandoque non deducatur. Nihil igitur habet potentiam ad generationem, quod non generetur, neque ad interitum, quod non intereat.

64 Omnis verò potentia ſuperior poteſt quicquid inferior & pręſtantiori modo. Nec exceptionem aliquam, pace Iuniorum, patitur hęc propoſitio.

65 Finita porrò cum ſit potentia omnis terminis aliquibus neceſſe eſt circumſcribi, quos excedere non valeat. Atque potentię, quidem actiuæ robur determinatur ad maximum in quod poteſt. Paſſiuæ vero excellentia ad minimum à quo poteſt.

66 Potentiæ opponitur impotentia. Cuius ratio eſt priuatio potentię. Hanc ad maximum, vel ad minimum terminari temerè, ni fallor, aſſeruerunt interpretes. Priuationes.n.cum ſint impotentię, habituũ terminis excluſiue terminantur.

67 Actiua igitur determinatur ad maximum in quod potentia actiua poteſt, paſſiua verò ad minimum à quo paſſiua potentia pati poteſt.

68 Præter hanc autem impotentiam in paſſo non eſt reſiſtentia quam alii actionem alii paſſionem, alii impedimentum eſſe dixerunt, Cum nihil aliud ſit reſiſtentia, ni me mea fallit opinio, quam priuatio paſſionis, & ab impotentia diſtinguit, vt paſſio à potentia paſſiua.

69 Ex quo elicitur fieri non poſſe, vt magna in agente exiſtente potentia magna in paſſo ſit reſiſtentia.

70 Eſt porrò potentia actiua paſſiua præſtantior, & agens paſſo. Non tamen ſimpliciter ſed ea ratione qua agit, quicquid nonnulli dixerint, quare vera erit propoſitio in omni agente non ſolum totali, vt dicebat Scotus.

71 Omni autem potentiæ actiuę paſſiua opponitur, & paſſiuę actiua reſpondet. Quare omne poſſibile ab intrinſeco eſt poſſibile ab extrinſeco, & è conuerſo.

Omni

71 Partitur actiua potentia in naturalem & rationalem, Naturalis eſt, quę vnius ſolum eſt oppoſitorum. Quid ſi vtriuſque?

73 Hujus potentiæ proprium eſt, vt paſſo approximata ſtatim atque omni conatu agat. Quare ex ſe agere non poteſt, ſed eius actionis principium eſt quod ipſum genuit.

74 Credendum vero non eſt agentia naturalia dirigi ab intelligentia non errante in proprios fines. Qua abla ta agerent quidem ipſa ſed non ob aliquem finem. Quinimo natura ſua ad finem feruntur, & eius gratia agunt quæcunque agunt.

75 Ratio verò potentia eſt oppoſitorum, Quid ſi alterius ſolum? Huius potentię ꝓprium eſt vt paſſo approximata poſſit nō agere. Et vehementius, atque remiſſius agere. Quare principium actionis ipſa eſt nō generās.

76 Ordinatur autem potentia in actum, qui eſt ratio eſſendi, & cognoſcendi vnumquodque, & eſt potentię finis; atque ea prior ratione; ſubſtantia, & tempore. Quid ſi potentia eſt prior ratione actu?

77 Diſtinctionem, igitur potentiarum per actiones ſuas tum à priori eſſe, tum etiam à poſteriori ſecundum rationē defendi pōt, Eſt tamē actus potentia pręſtantior

78 At non omnis, cum plures actus potentiis imperfectiores reperiantur, omnes autem tum actus, tum potentiæ determinantur ad maximum, & minimum tēpus in quo eſſe, & non eſſe poſſunt.

79 Actuū plura ſunt genera, inter quæ eſt actio immanēs quam in agente eſſe pace latinorum, non eſt arbitrandum, cum verè ſit in paſſo, in quo actionem omnem tum immanentem, tum tranſeuntem eſſe ſtatuimus.

80 De qua tranſeunte actione loqui dabitur nobis rurſus occaſio, præter vtramque verò actionem alius actus eſt qui opus dicitur. Hic actionem conſequitur, & eſt in paſſo cum eius ſit vltima perfectio.

81 Quo tamen adueniente non deſinit potentia nō ſolum

actiua ſed nec etiã paſſiua, vt cõmuniter exiſtimatur.

82 Entium præterea quædam cauſæ ſunt. Quedam effectus, Ratio cauſæ eſt id ad cuius eſſe ſequitur aliud, Quę definitio omnibus cauſis conuenit quicquid Iuniores dixerint.

83 Conuertitur cauſa cum principio, & æqualis eſt ambitus pace D. Thomæ, omnis verò cauſa eſt ſuo effectu nobilior, Quæ propoſitio vniuerſaliter, & per ſe vera eſt, Quamuis oppoſitum aſſeruerit Scotus, quem ſecuti ſunt Iuniores.

84 Contrariorum autem effectuum contrarię ſunt cauſæ, Quid ſi idẽ eſt cauſa cõtrariorum, & contraria eiuſdẽ?

85 A' cauſis verò, quarum natura eſt eadem, & non differunt niſi ſecundum magis, & minus non prouenit niſi vna natura differens ſecundum magis & minus, Nec exceptionem aliquam patitur hæc ꝓpoſitio pace Iuniorum, Quamuis cauſę diuerſorum generum eędem eſſe poſſint nõ ſolũ genere, ſed etiã ſpecie, & numero.

86 Sunt porrò cauſarum plura genera, Non tamen infinita, ſed quatuor. Efficiens, finis, forma, & materia, Nec in aliquo cauſarum genere proceſſus eſt in infinitum, ſed tum ſuperius aſcendendo, tum inferius deſcendendo ſtatus in cauſis eſt.

87 His autem quatuor cauſarum generibus exemplar & Inſtrumentum addebat Plato. Quę in fallor, cauſæ ſunt ſuperuacaneę. Eius tamen ſententiam diſputandi gratia quoque defendam.

88 Eſt quidem materia; cauſa ex qua fit aliquid cum in ſit Hæc effectui præbet eſſe in potentia, forma verò eſt cauſa rem in actu conſtituens.

89 Efficiens eſt cauſa vnde motus. Finis autem eſt cauſa cuius cauſa cætera agunt, Iure igitur dicetur cauſa cauſarum cum omnes cauſę ſint propter ipſum.

90 Non differt autem re, aut ratione a cauſa finali, Cauſa igitur finalis eſt extra animam, nam finis, vt eſt in anima mouet ſolum in genere cauſę effectricis.

91 Efficientis actio eſt rem ex potentia ad actum deducere, Quare nullius æterni permanentis, aut ſucceſsiui eſt cauſa effectrix pace Simplicii,& Latinorum.

92 In caducis autem in quibus eſt efficiens, Idem neceſſario eſt agens diſponens materiam, & inducens formam, quicquid Plato,& Auicenna dixerint.

93 Quod etiam eſt effectui vniuocum, & ab eo in quantũ vnum non prouenit immediate niſi vnum, quæ propoſitio pace Iuniorum eſt per ſe,& vniuerſaliter vera.

94 Agenti, vt cauſa per accidens opponitur caſus, qui in æternis & neceſſariis pace veterum non reperitur, ſed in iis quæ aliter euenire poſſunt. Nec iis quidem omnibus, non enim in illis quæ plerunque fiunt, nec in iis quæ æqualiter, vt dicebat Auicenna. Præſertim cum talia non dentur, ſed in iis ſolum quæ raro fiunt.

95 Hic ab agente realiter non diſtinguitur, ſed cum ambo re copulata ſint, cogitatione inter ſe differunt. Quęcunque igitur ab aliquo agente pręter eius finem, & propoſitum fiunt caſu fieri dicendum eſt pace Alexãdri,& Simplicii.

96 Nec eorum quę caſu fiunt aliqua eſt per ſe cauſa illa dirigens, vt nonnulli Deum putant, cum non minus cauſæ remote horum effectuum ſint per accidens, quam proximæ.

97 Qui effectus, vt quãdoq; à caſu fiunt, ita ſępe & naturaliter fieri nihil ꝓhibet, cum harũ cauſarum diuerſitas effectus diuerſitatem nõ inferat, vt putauit Auerroes.

98 Cauſarum porrò omnium præſtantiſsima finalis eſt, ei proxima eſt effetrix, huic forma omnium vero infimã materia eſt Quę cauſæ eſſe poſſunt inuicẽ cauſæ, Quare idem reſpectu eiuſdem erit cauſa, & effectus.

99 Eiuſdem vero effectus plures eſſe poſſunt agentes, plures quin etiam fines, cum plures ſint cauſarum modi, aut enim cauſa vniuerſalis eſt, aut particularis, aut per ſe, aut per accidens aut cum complexione, aut ſine aut actũ, aut potentia.

101 Verum,cum de cauſis & effectibus vulgata ſit propo
ſitio propter quod vnumquodque tale, & illud ma-
gis,quę vt puto ab omnibus recte non intelligitur, &
tot exceptionibus limitatur, vt falſa magis quam ve-
ra videatur,illam ego ita interpretãdam cenſeo quod
de analogatis ſit intelligenda, vt ab vno analogo cõti-
nentur, ita enim illam Ariſtoteles accepit, & ſemper
vera eſt nec aliqua indiget limitatione, ſed hactenus
de cauſis,& effectibus.

102 Rerum ad hæc aliæ ſunt neceſſarię aliæ contingentes,
non enim omnia neceſſario,& ineuitabiliter eueniunt
vt placuit Chryſippo, Neceſſarii autem ratio non eſt
priuatiua, ſed poſitiua, Neceſſarium enim eſt, quod
ſemper eodem modo ſe habet, Etſi primatiue quoque
concipi poſſit,atque definiri id eſſe, quod aliter ſe ha-
bere non poteſt.

103 Nullum igitur neceſſarium effectum eſſe poteſt, nec
aliquid eſt per aliud neceſſarium. Verum omnia ex
propria natura neceſſitatem habent quęcunque neceſ
ſaria ſunt,cum aliquam non includant potentiam.

104 Ratio enim poſſibilis,ſiue contingentis eſt potentiam
habere, poſſibile igitur ab intrinſeco ab alio perpe-
tuari non poteſt, Quod veriſſimum eſt non ſolum in
permanentibus,ſed etiam in ſucceſſiuis.

105 Poſſibile quoque ab extrinſeco non poteſt nec à ſe,
nec ab alio æternitatem conſequi, eſt autem neceſſa-
rium poſſibili prius natura tempore,& ratione. Qua-
re eſt eius cauſa.

106 Poſſibili opponitur impoſſibile, eſt autem impoſſibi
le id,quod habet impotentiam, Quare omnia poſſibi
lia impoſſibilia dici nihil prohibet, Quę autem ſimpli
citer ſunt impoſſibilia impotentiam ſimpliciter habẽt.

107 Atque naturę impoſſibilia cunctis ſunt impoſſibilia
ſecundum Ariſtot. & quod impoſſibile eſt fuiſſe im-
poſſibile eſt eſſe, aut fieri.

108 Præter Neceſſarium & contingens poteſt finitum, &

infinitum in entibus conſiderari, Finitum illud eſt, q̄ finem habet,& terminum,omne igitur finitum perfectum, & falſiſſima erit, propoſitio illa, quod finitum id eſt,cui additio fieri poteſt.

109 Poteſt autem finitum per finiti repetitam ablationem abſumi. Quid ſi per repetitam finiti ablationem nunquam abſumitur?

110 Ei opponitur infinitum, Quod quidem non eſt cuius nihil eſt extra,vt veteres crediderunt, ſed cuius ſemper eſt aliquid extra,& terminis caret.

111 Quare infinitum omne imperfectionem dicit pace iuniorum,& ratione ea qua infinitum eſt, per ſe cognoſci aliqua cognitione non poteſt.

112 Nullum porrò eſt, aut eſſe poteſt actu infinitum ſecundum Ariſtotelem, Cum tamen plura infinita potentia dicantur.

113 Ad infinitum verò nullam habet proportionem finitum,neque etiam attingentiæ,pace Scoti,verum infinito quoque infinitū eſt improportionale,& vt à quopiam conſequi non poteſt ita ab aliquo exoptari pace Auicennę impoſſibile eſt.

114 Entium præterea quædam priora, quędam poſteriora dicuntur prioris autē ratio cum multiplex ſit vix tradi poteſt, deſcribentes tamen dicemus illud eſſe prius quod aliud quo quomodo præcedit,ſi quidem proximius eſſe principio,non ſit eius definitio ſed modus & ſpecies,quicquid dicat Antonius Andreas.

115 Prioris itaque genus vnum ſiue modus eſt, quod proximius eſt principio,vel ſimpliciter vel ſecūdum quid Atque ſecundum hunc modum prius dicitur aliquid loco,tempore,motu,potentia,& ordine.

116 Aliud genus prioris eſt ſecundum cognitionē, ſecundum quem modum. Quæ nobis priora ſunt, naturæ ſunt poſteriora, ſunt autē quò ad nos priores effectus, cauſæ verò quò ad naturam.

117 Tertio modo prius dicitur ſecundum naturam ea

autem ſunt natura priora, quæ poſſunt eſſe ſine aliis, alia non ſine ipſis, Quæ definitio non debet accipi ſecundum intellectum, vt Iuniores crediderunt. Sed ſecundum rem ipſam.

118 Atque hęc, quæ natura præcedunt omnium maximè propriè priora ſunt, Nec temporis prioritas naturæ prioritatem infert.

119 Poſtremo de iis quę ſunt totum, & pars prædicantur, ſunt quidem partes ex quibus aliquid componitur, & in quæ diuiditur, totum verò quod multa continet vt partes.

120 Habet hoc totum entitatem vnam realem, & à ſingularum partium entitate realiter diſtinctam, Ab omnibus verò ſimul iunctis ratione ſolum diuerſam, Atque hoc perpetuæ veritatis eſt in quocunque toto.

121 Totum quidem eſſentiale poſterius eſt partibus ſuis, Quantitatiuum verò eſt prius illis. Sed hactenus de Mundo.

SECTIO SECVNDA

De Mundo intellectuali.

1 AB vniuerſa verò natura ad ſingulas eius partes conſpiciendas nobis iam conuertentibus primò ſe offert ſubſtantia, quę cum per ſe ſubſiſtat aliorum omnium ratio eſt, quod ſint, hęc vniuoca nō eſt ſed Analoga, cuius primũ Analogatum eſt ſubſtantia ſeparata

2 Huius autem ratio eſt ſubſtantia neceſſaria incorporea Quę reliquarum ſubſtantiarum eſt cauſa tum contingentium, tum neceſſariarum, atque corporeis æternis natura prior eſt, caducis verò etiam tempore.

3 Compoſitionem verò omnem excludit non ſolum eam quæ eſt materiæ & formæ, aut generis & differentiæ, aut ſubiecti, & accidentis verum etiam eſſe & eſſentię.

4 Cuius vnitatis cauſa non eſt forma, ſed tota ipſius eſſentia eſt ſibi nec vnitatis cauſa. Pluralitas autem numeralis ſub eadem ſpecie in ſubſtantiis abſtractis non eſt concedenda.

5 Quæ non ſolum ingenita ſunt, nec interitui, aut incremento obnoxię, verum etiam alterationi, aut motui locali ſubiacere nequeunt.

6 Et quamuis præſtantiſſimæ ſint finitæ tamen virtutis ſunt iudicandæ, nec aliquopacto infinitæ. Quid verò abſurdi ſequetur ſi illas infinitas eſſe dixerimus? Etſi rectius cum Xenofane Colofonio dicendum putem nec finitas, nec infinitas eſſe.

7 Verè porrò æternę ſunt, nec potentiam aliquam paſſiuam habent, ſed nec etiam, actiuam ad motum, etſi potentia actiua ad vbi ab eis, non ſit auferenda, quæ etiam eſt potentia contradictionis.

8 Plures verò actiones habent, nec quidem ſecundum omnes à corpore preſcindunt, internæ earum actiones, quas immanentes vocamus duę ſunt intellectio, & deſiderium, Quarum prior atq; perfectior eſt intellectio pace dixerim Scoti, vnde intelligentiæ vocatę ſunt.

9 Cum autem ſint perfectiſſimę ſubſtantię, & ab aliis

cognoſci nequeāt exactè, ſe ipſas intelligere fatēdū eſt

10 Quarum actio cum à ſubſtantia non diſtinguatur intel lectio intelligens, & intellectum in eis nullo erunt diſcrimine ſeiuncta, ipſas vero intelligere non accipit metaphyſicus ab animaſtico ſed ipſe met id oſtendere poteſt quicquid dicat Auerroes.

11 Et quamuis ſe ipſas intelligant, Diſsimulandum tamen non eſt inferiora quoque omnia cognitione complecti, in quorum intelligentia non vileſcunt.

12 Intelligunt enim inferiora per ideas in ipſis actu exiſtentes, Quę ex Ariſtotelis quoque ſententia ſunt con cedendæ. Non tamen omnium ſi quidem non ſint generum, aut Analogorum.

13 Aut etiam ſingularium, Quorum noticiam intelligentiæ non habēt quicquid dicant latini. Sed ſolum ſpecierum Ideæ in ſupremis mentibus relucent. Quid ſi generum, & ſingularium ideas in illis collocari defendo?

14 Poſtquam verò intellexerunt, iam diligunt, & volunt, Quæ voluntas volitum & volens idem omnino ſunt Hac autem voluntate excitatę intelligentiæ actiones efficiunt.

15 Non tamen rationalia agentia ſunt, aut naturalia, ſed eminentiori modo agunt quæcunque agunt. Ita tamē agunt, vt non agere, aut perfectiora facere quam facta ſint nequeant, Etſi diſputationis gratia naturalia agentia eſſe defendam.

16 Earum actio tranſiens eſt circumlatio, cicumferre autē nequeunt, niſi corpori ſint affixæ, Cuius cauſę formales, finales, & effectrices ſunt.

17 Etſi nec efficientes, nec formę, nec fines eſſe eius corporis ſed nec etiam motum verè efficere, tueri poſsit.

18 Ex his conſtat ponendas non eſſe Ideas ſubſtantias ſeparatas diuinæ menti aſsiſtentes, vt ſępe uiſus eſt voluiſſe Plato non enim mouerent, Sed nec etiam Dęmonas naturali ratione ponere compellimur.

Cum

19 Cũ plures autẽ perpetuos motus conſpiciamus plures ſubſtantias ſeparatas fateri cogimur. Inter ſe nec ſpecie, nec genere cõuenićtes, ſed Analogia, Quare inter ipſas vna neceſſario eſt ad quã omnes, vt ad primum Analogatum attributionem habent.

20 Hæc porro Deus eſt opt. Max. qui cæteris intelligentiis eſt ratione. natura, & ordine prior, omniũ quin etiam cauſa.

21 Non ſolum finalis, ſed formalis, atque effectrix, Quamuis non ſolum noua creatio ſed æterna quoq; emanatio à Peripatetico concedi, nequeat.

22 Hic maxime eſt ens, & ab eo communicatum eſt eſſe, & viuere omnibus, his quidem clarius, his verò obſcurius, Atque omnia ab ipſo perpetuantur, Quamuis plura entia natura ſua æterna ſint.

23 Maxime quoq; vnus eſt, & cæterorum vnitatis cauſa, ſummum bonum eſt, & omnibus cauſa, vt bona ſint. Quare ipſe ſolus verè per eſſentiam bonus dici poteſt.

24 Summe ſimplex eſt, Non tamen ſimpliciter, Atq; ſimplicitas eius eſt perfectiò ſimpliciter pace nonnullorum.

25 Perfectisſimus eſt, & perfectionis omnium menſura ſimpliciter, In eo nanque ſunt rerum omnium perfectiones, & preſtantiori quidem modo quam ſint extra ipſum, Actus enim purisſimus Deus eſt, & potentiæ nullo pacto particeps.

26 Qui ſeipſum ſolum intelligit, & per eſſentiam omnia cognoſcit ſecundum tamen proprias rationes, & vt inter ſe diſtincta ſunt pace multorum.

27 Eius ſcientia eſt rerum cauſa, Quare res tales ſunt, quia Deus illas ita cognouit, Non igitur ab eo auferenda eſt prouidentia.

28 Quæ eſt ratio ordinis rerum in finem, Quare à gubernatione, & à diſpoſitione diſcrepat pace multorum.

29 Omnia porro diuinę prouidẽtiæ ſubiacent, Non tamẽ omnibus immediate Deus prouidet. Et quamuis non

agat propter alia, eis tamen per accidens nõ prouidet.

30 Priuatiões verò, & mala atq; ĩfinita nõ cognoſcit, cũ eius ĩtellectus ſẽper ſit ĩ actu & actũ reſpiciat. Neq; Enũciabilia ĩtelligit, eius .n. ſciẽtia ẽ ſine cõpoſitiõe et diuiſiõe

31 Hic vt reliquę intelligentię orbi eſt affixus, Quẽ mouet nõ ſolũ vt finis, ſed etiã vt agẽs immediatũ, & præter eũ õnes alios quoq; orbes mouet, Finitę tamẽ virtutis ẽ

32 Poſito igitur infinito mobili Deus ipſum non moueret ſed etiam cœlum quod mouet poſſe velocius, aut tardius mouere pace Alex. ridiculum eſt.

33 Cognoſcitur autem Deus non ſolum à ſeipſo, verũ etiã ab inferioribus intelligentiis, Non tamen per earũ eſſentiam, ſed per ſe ipſum Qui illarũ eſt forma, A nemine verò pręter ipſũ perfecte cognoſci, aut cõphẽdi poteſt.

34 Nos quoq; illum vt reliquas intelligẽtias quidditatiue cognoſcimus, Quamuis nec ipſe, nec intelligentiæ veras habeant definitiones.

35 Et cum nominibus cognitionem noſtram ſignificemus, Nomina Deo impoſita eius eſſentiã exprimunt, Et poſitiua quidem poſitiue, priuatiua verò priuatiue illam indicant quicquid multi dixerint.

36 Quæ nomina & ſi ab aliis entibus accepta ad diuinitatem manifeſtanda extollantur, Magis tamẽ ꝓprie illi conueniũt quam aliis, De quo & reliquis idem nomẽ ſecundum eandem rationem dicitur pace D. Thomæ.

37 Nomina verò õnia nõ ſolum propria, ſed etiã tranſlata quicquid dicat D. Tho. prius prædicanẽ de Deo, quã de reliquis ꝗd ſi prius ꝑdicãẽ de reliquis quã de Deo?

38 De quo nomina omnia relationẽ quoq; importantia ad inferiora ab ęterno dicunẽ, Nec nomina de Deo dictã ſunt ſynonima cũ eius eſſentiã diuerſimode exprimãt.

39 Cęterũ nõ ſolũ ſĩplici cognitione Deũ cognoſcimus, ſed etiã complexa, Quare propoſitiões affirmatiuas de eo ꝓferre poſſumus, Quid .n. ꝓhibet ſubiectũ, & prædicatũ in eo excogitari. Atq; hæc õnia peripateticis principiis conſentire exiſtimo, quorum tamen plura veritati adari credendum eſt.

SECTIO TERTIA

DE MVNDO CORPOREO Et Cœleſti.

1 VErum ab intellectuali mundo ad corporeum,& ſenſibilẽ iam deſcendamus,Qui non eſt magnitudine infinitus,vt credidit Anaximenes , Nec multitudine, Vt Democritus, ſed finitę molis cum ſit, Vnicus quoq; eſt Ad quod aſtruendum validiſsimæ ſunt rationes Ariſtotellis , Quas euertere multi incaſſum experti ſunt.

2 Hic vero vnicus mundus nõ eſt genitus, & corruptibilis, Vt Anaxagoras aſſerit , atque Empedocles, Nec genitus quidem ſed incorruptibilis , verum omni ex parte æternus .

3 Nequę à Deo effectus noua,aut æterna effectione ,Quare inter Platonem,et Ariſtote. cõcilium tradi hac in re poſſe nõ exiſtimo , pace dixerim Simplicii , & aliorũ.

4 Cuius ratio eſt corpus omnibus numeris perfectum , & abſolutum extra quod neq; locus, neq; tẽpus , neque corpus aliquod reperiſ,ſed ipſum in ſe omnia cõtinet.

5 Eſt autem corpus,quod trifariam, & omni ex parte diuiſibile eſt, Quæ definitio non ſolum corpori mathematico conuenit,verum etiam naturali, Omne igitur corpus finitum eſt,Et corpora ſe penetrare impoſſibile eſt pace Simplicii qui penetrationẽ ĩ aliquibus cõcedit

6 Non competit autem,ea quam diximus, definitio corpori,Vt eſt de prædicamento ſubſtantiæ pace Ioãnis Grammatici,ſed vt eſt in quantitate, Verum neq; illa eſt corporis ſubſtantialis recta definitio , Vt opiñor; Corpus illud eſſe quod habet propenſionem in motu.

7 Si quidẽ propenſio ſit qualitas,quare definitio non erit ſubſtantiæ,crederem ego optimam eſſe, corporis ſubſtantialis rationem ſubſtantia habens naturam , Non eſt autem natura materia ſolum, Vt Antiphon credidit,Nec compoſitum , Vt multi veteres falſò aſſeruerunt , Nec corporeæ facultates grauitas , & leuitas Vt Ionicorum ſcola docebat.

8 Sed nec ſpiritus quidam artificio prӕditus, & conſtans vndique ſparſus, ac omnia permeans, vt viſum eſt ſtoicis, Rectius dixit Plato eſſe ſubſtantiam incorpoream à corporibus inſeparabilem, atque illorum in ſe rationes continens, Omnium verò optime inuenit Ariſtoteles illam eſſe Principium motus & quietis eius in quo eſt primo, per ſe, & non ſecundum accidēs Quam definitionem temerè reprehendebat Philoponus cum interim ipſe non veriorem, ſed ineptiorem naturӕ rationem tradat.

9 Hӕc porrò Ariſtotelis ratio diſiunctim, vt puto eſt accipienda, ab ea enim coniunctim accepta Cœli natura pace multorum, neceſſario eſſet excipienda ſubqua definitione anima quoque comprehenditur, quicquid Simplicius, Quare non erit vniuoca, nec ӕquiuoca, ſed ſecundum prius & poſterius dicta.

10 Eſt autem natura principium motus actiuum non ſolum paſſiuum, vt ſępe viſus eſt voluiſſe Simplicius, Qui etiam falſo aſſerit materiam, & formam non eſſe ſecundum Ariſtotelem veras, & per ſe naturas, ſed potius naturales, Naturam autem eſſe aptitudinem materiӕ ad proprium, & peculiarem motum.

11 Diſponit & facit natura materiam, ſicut & Ars quicquid dicant Latini, Qui elicientes ex Ariſtotelis verbis artem materiam ſibi comparare naturam nō item in varios inciderunt errores Agit autem ſemper hęc natura propter finem etſi nihil cognoſcat.

12 Nec à cognitrice vi aut intelligentia dirigatur, Quid ſi rationalem eſſe naturam defendo, cum eam dicat Ariſtoteles nihil temere agere? Quod falſo vt puto à Simplicio trahitur ad quamdam naturam, qua per omnia penetret opifex, nulla enim talis natura eſt ſecundum Ariſtotelm.

13 Cum autem plurimis naturis peculiare ſit, vt quandoque à perfecta operatione impediantur, & ſtatutum finem aſſequi nequeant ſępeſępius monſtra gignuntur,

Quę nec à natura ſunt pace Themiſtii, nec ſecundum naturam non ſolum particularem, ſed nec etiam vniuerſalem, quicquid dicatur Io. Grammaticus ſed pręter naturæ propoſitum à caſu fiunt, Nec tamen negandum eſt talia euenire ob naturæ indebitam qualitatem aut quantitatem, & inſtrumenti proxime agentis improportionem.

14 Naturam diximus principium motus eſſe, Quem motum fateri ſenſuum fide compellimur, Quare Zenonis rationes vt falſę & captioſę ſpernendæ ſunt, Motum autem, cum ſit, per motum aut mutationem aliquam eſſe accipere pace Simplicii non eſt arbitrā dum

15 Hic non eſt genus, vt Plato credidit, ſed Analogum eſt nec inter Platonem & Ariſtotelem concilium tradi poſſe exiſtimo pace dixerim Simplicii.

16 Analogum autem cum ſit in omnibus predicamentis eſſe non eſt arbitrandum, ſed in quatuor ſolum ſubſtātia, Quantitate, Qualitate, & vbi, vt aſſeruit Ariſtoteles, quamuis Eudemus, & Theophraſtus ei aduerſentur, quos inſequitur Simplicius.

17 Secundum verò aliquam formalem & propriam rationem non eſt in prędicamento ad aliquid, vt putauit Alexander, Nec in quantitate, vt philoponus, & Iamblicus quos ſecuti ſunt Latini ſeparantes fluxum formæ à forma fluente.

18 Sed nec omnis motus eſt in genere paſſionis pro via acceptus, Quicquid dicat Auerroes, & ante ipſum Plotinus, Eorum tamen ſententiam diſputandi quoq; cauſa defendam.

19 Eſt porrò motus Actus entis in potentia, quatenus in potentia, Quare erit via in actum perfectum, non tamen de genere continuorum eſt exiſtimandus, vt falſo credidit Philoponus, & ante ipſum ſtraton Lampſacenus.

20 Nec verò impartibilis eſt, aut ex impartibilibus conſtans, & in ea diuiſibilis, ſed continuitatem habet quā

a ſubiecto cum Auerroe,non à ſpatio aut termino pen
dere exiſtimo.

21 Omne igitur quod mouetur eſt partim in termino à
quo , & partim in termino ad quem ; Atque aliquod
indiuiſibile moueri impoſſibile eſt.

22 Puncto autem ſubiecti reſpondet mutatum eſſe in mo-
tu,hinc fit vt āte omne mutari ſit mutatum eſſe , & āte
omne mutatum eſſe mutari. Nec eſt in aliquo motu in-
uenire primum mutatum eſſe pace non nullorum.

23 Cum autem in omni motu ſit mouens motum , & id
ſecundum quod fit motus , Mouens neceſſariò eſt ,
ſimul cum moto nec inter illa aliquid poteſt eſſe me-
dium .

24 Et omne quod mouet quia mouetur eodem motu mo
uet,quo mouetur, pace Theofraſti, Nec ſolum in mo
tu locali veritatem habet hæc propoſitio, Vt placuit
Philopono, ſed in omni motu .

25 Id autem ſecundum quod fit motus ſemper in mobili
eſt pace Alexandri qui hoc in aliquibus negauit. Mo
bile autem omne non eſt prius tempore ipſo motu ,
Cuius quoque oppoſitum diſputationis gratia cum
Simplicio tuebimur .

26 Qui motus,cum ab actu acquirendo ſpetie non diſcre
pet, Vnus ſpetie erit qui ad vnum actum ſpetie termi-
nabit,vnus vero numero qui ad vnum numero actum

27 Quid ſi tueor nullum eſſe motū numero vnun , Motus
autem contrarii ſunt qui ad contrarios terminos, Qui
verò ex contrariis non dun contrarii, Quinimo eiuſ-
dem ſpeciei eſſe poſſunt .

28 Motuum præterea quidam naturales ſunt,quidam vio
lenti,naturales ſunt , qui à principio intrinſeco pendēt
conferente vim paſſo. Violenti verò quorum princi-
pium cū extra ſit quod mouet nihil adiuuat, Nō tamē
cuicūq; motui naturali violentus opponitur Nec quę
natura mouent omnia eu itiā moueri poſſe dicendūeſt

29 Non ſolun autem motus motui opponitur ſed etiam

quies, quę eſt priuatio motus, nec aliqu id poſitiui habet Quicquid dicant Simplicius, atque Themiſtius.

10 Motus porrò hic in genere æternus eſt ſecundum Ariſtotelẽ quãquam falſiſſimum hoc eſſe pie credendũ ſit.

11 Cuius ſpecies ſunt generatio, Alteratio, incrementum, decrementum & latio, Inter quas latio prima eſt & cęterarum ratio Quid ſi generatio eſt primus motus Latio verò vltimus?

12 Quę Latio cum ſit in loco, de loco erit agendum, Quẽ Eudemus captu difficilimum eſſe aiebat, nam vbi primum corpus à loco abest locus fugit, & ſolus haud percipi poteſt, ſed cum alio conprhenditur, Non eſt autem is forma, aut materia Vt Plato aſſerunt, Nec interuallum trine dimenſionatum, Vt Philoponus, & ante ipſum Cryſippus, & Epicurus defendebant.

13 Sed ſuperficies extrema immobilis corporis continentis, Vt optime demonſtrauit Ariſtoteles, Etſi Simplicius Damaſcenum ſequens nouam quandam loci deffinitionem cõfinxerit, In qua, ni fallor errauit, Atque etiam in concilio, quod inter omnes de loco ſentetias tradidit quę ſecundum diuerſas rationes concordes eſſe minime poſſunt.

14 Patet itaque proprium locum eſſe immobilem non ſolum per ſe, ſed etiam per accidens, neque pro formali tantum, verum etiam pro materiali. Etſi omnia corpora naturalia, quorum extrema ſuperficies eſt locus per ſe moueantur.

15 Forma autẽ loci nõ eſt virtus cõſeruatiua locati, Cũ nã ĩ quã plurimis ſit potius deſtructiua virtus, ĩ quo autẽ ẽ cõſeruatiua nõ ẽ hęc virtus eius forma, ſed cõſequẽs.

16 Loci verò primę differentię ſunt ſurſum, & deorſum, Quarũ maximam vim habent illũ quæ ſunt Vniuerſi ſemper .n. eodem modo ſe habent, & ad illa corpora natura feruntur, ſunt igitur iſtæ loci differentiæ inter ſe contraria; tum quia in duobus extremis recte lineæ longiſſimæ ſunt poſitæ tum, etiam ſecũdũ potentiam.

37 Eſt quidem ſurſum in vniuerſo, pace multorum, concaua orbis lunæ, ſuperficies, Deorſum autẽ centrum terræ. Qui locus vniuerſi eſt ſingulorum corporum communis locus, proprius vero à quo vnumquodq; immediate circumſcribitur, qui eſt locato æqualis, Atque communem locum corpus aliquod ſubterfugere nequit, etſi proprio carere perſæpe ni fallor, contingat.

38 In loco, vt diximus fit latiò, cuius ratiò eſt motus ad vbi. Quare id ad quod iſte motus eſt in motu erit pace Alexandri, partitur autem hic motus in rectum & circularem, Quamuis vere, & vniuoce de omni circulari non prædicetur.

39 Circularem porrò, atque rectum inter ſe quo ad celeritatem, & tarditatem comparari poſſe negauit Ariſtoteles, pace cuius horum motuum comparationem, & ęqualitatem tuebimur.

40 Mouens autem vi, aut natura & motum localiter ſimul neceſſario ſunt tempore, atque loco, Motum verò indiuiſibile eſſe nequit, Nec ſupra indiuiſibile hic motus fieri valet.

41 Nec vacuum eſſe poteſt ſpatium per quod fit motus, Vacuum enim nullum eſt, Atque ipſum natura maxime abhorret, Quod vacuum ſi inueniretur, in eo nec inanimata, Nec animata moueri poſſent, Aut velocitatem naturalem habere, Quoniam motus ille in inſtanti fieret.

42 Etſi non ſolum animata, ſed inanimata omnia reſiſtentiam intrinſecam habeant, ſed præter eam requirunt extrinſecam, Quę medii eſt, ex qua ſucceſsionem motus habet, Quamuis ab intrinſeco & primo efficiatur ſucceſsio à mobili.

43 Quare ſicut ſe habet medium ad medium ſecundum craſsitiem & tenuitatem, ita ſe habebit motus ad motum quò ad celeritatem & tarditatem in æqualibus mobilibus.

Impedit

44 Impedit enim craſsities motus celeritatem propter indi uiſionem, Tenuitas ex aduerſo ei maxime opitulatur Quare velocitas non erit accidentalis, ſed naturalis, vt optime aduerſus Auem pace determinauit Auerroes, Quamuis tarditas perſæpe ſit accidentalis, & violenta.

45 Quid ſi prętrer Ariſtotelis ſententiam, non minus tenuitatem, quam Craſsitiem motum impedire defendo, ſed hanc quidem grauium, illam vero leuium?

46 Mouentur porrò natura celerius, vt ratio perſuadet, cui quoque ni fallor, experientia non aduerſatur, maiora corpora, quam minora, ſi eiuſdem ſpeciei fuerint, atque figuræ, hęc enim non parum eſt motui auxilio, & quandoque etiam impedimento, At contra maiora corpora vi difficilius, ac tardius agitantur.

47 Sunt quidem motus locales violenti Tractio, volutio, & vectio, omnes enim ab exerno principio efficiuntur contra paſsi inclinationem, Atque ad iſtas ſpecies omnes alii violenti motus reducuntur.

48 Proiectionis verò quæ eſt pulſionis ſpecies moues proximum poſt eicientis abſentiam non eſt medium per antiperiſtaſim, vt inquit Plato, Sed medium pulſum cum initium motus acceperit, vt ſuapte natura aptum eſt proiectum transfert, Quod eouſque fertur, quouſque proiectio celerior fuerit motu eius naturali Lapis autem deorſum proiectus etiam ſecundum naturam ferri dici poteſt. Non enim totus violentus eſt ille motus.

49 Motum vero tempus conſequitur obſcuriſsimum atq; cognitu difficilimum, quod quidem non eſt ſphæra, vt veteres crediderunt. Nec cœli conuerſio, vt videtur aſſerere Plato, ſed numerus motus ſecundum prius, & poſterius.

50 Numerus inquam numerabilis, Quare non eſt in anima, ſed ens prorſus extra animam poſitum, Etſi vt numeretur anima indigant. Ea igitur ablata tempus

auferri neceſſe eſt.

51 Quod etſi numerus ſit non eſt tamen arbitrandum continuum non eſſe ſed diſcretum, Continuum enim vere eſt, Quamuis per ſe & formaliter non ſit continuum, ſed merito motus, quem a magnitudine continuitatem habere diximus, Quare in genere quantitatis tempus non eſt reponendum.

52 Sed in quatuor generibus collocatur ſicut & motus, Non .n. eſt numerus ſolius motus cœli pace Alexandri, & reliquorum, ſed per ſe cuiuſcunq; motus localis, alterationis, incrementi, & generationis.

53 A quibus tranſmutationibus re, & ſubiecto non diſcrepat tempus ſed ratione ſolum, Non tamen Vt motus plures ſimul exiſtunt ita & multa tempora, ſed vnum dumtaxat.

54 Eſt quidem tempus menſura motus, Quæ menſura non eſt de ratione temporis, ſed ei conſequitur, Differt .n. à numero qui eſt eſſentia temporis, Etſi vtraq; pro eodem interpretes acceperint, Menſurat nanq; tempus motum, atq; ab eodem menſuratur, non autem numerat & numeratur, Vt de motu cœli cum Aſpaſio falſò dixit Simplicius.

55 In tempore autem propriè ſunt finiti motus cum ab illo contineantur, infiniti autem, & æterni motus Vt cœleſtes tempori potius eo exiſtunt, cum à tempore non excedantur, Quod tempus non ſolum motum menſurare dicendum eſt, ſed & ipſam quietem.

56 Res verò perpetuæ permanentes æternitate menſurantur, Quę non fluit, ſed interminabilis eſſentię eſt tota ſimul, & perfecta poſſeſſio, Atq; non ſolum Deo, ſed & reliquis intelligentiis, & cœlo conuenit.

57 Sunt porrò temporis differentiæ, prętęritum, pręſens atq; futurum, ſed pręſens ſolum exiſtit, Quod momentaneum eſt, ac Temporis partes termi[illegible], atq; continuat, Idem verò eſt atq; diuerſum momentum in omni tēpore, Sicut idem eſt atq; diuerſum punctum in tota linea.

58 Cognoſcitur autem à nobis tempus non per propriam ſpeciem ab externis ſenſibus ſuſceptam, ſed per motum cui eſt coniunctisſimum ab internis ſenſibus percipitur, Per motum inquam qualemcunque non per diurnum, Nec etiam quia in eſſe tranſmutabili nos eſſe animaduertamus, Vt voluit Auerroes, Etſi nihil animo agitantes minus temporis lapſum percipiant.

59 Cæterum his omnibus de corporeo mundo explicitis conſentaneum deinceps eſt vt ad cęli nos cõuertamus explicationem, Quod quidem eſt ſubſtantia corporea neceſſaria, Atq; in eo nihil caſu euenire, Vt veteres arbitrati ſunt; ſed omnia neceſſariò, atq; ex immutabili lege ſequi credendum eſt.

60 Hoc materiam non habet eandem, quam inferiora Neque diuerſam, ſi quidem non habet potentiam ad eſſe, Non eſt igitur aliquod elementorum corruptibilium, aut ex illis conſtructum, ex quibus ipſum conſtare vt videtur aſſeruiſſe Plato defendere non verebor.

61 Eſt autem orbis ipſę materia in actu ex ſe non per formam aliquam, aut animam in eo exiſtentem, nullam .n. talem animam habet, Animatum tamen eſt ab intelligentia ei asſiſtente.

62 Quæ eius forma eſt, Nec ſolum matierialem, & formalem cauſam cęlum habet, verum etiam finalem & effectricem.

63 Finitum autem eſt non ſolum multitudine, ſed etiam magnitudine, Et quamuis quantitatem habeat indiuiſibile tamen eſt, Finitum autem cum ſit finitam potentiam habet Quare eius potentia eſt contradictionis.

64 Grauitates autem vel leuitate non participat, Senſibile quoq; eſt ſolo viſu non tactu, Vt nonnulli crediderunt, cum nullam habeat tangibilem qualitatem.

65 Non augetur porrò cœlum,nec diminuitur, Non rare fit nec denſius efficitur aut alterationem aliquam patitur, Quæ ſcilicet corruptiua ſit Perfectiuas enim patitur alterrationes vt illuminationem, Non habet igitur potentiam paſſiuam ad ſubſtantiam, aut quãtum aut quale,Nec etiam ad motum localem.

66 Etſi motu locali moueatur,& ſempiterno quidem tempore Terram enim moueri, & cœlum quieſcere credẽdum non eſt,quam opinionẽ ab Heraclide Pontico,& Ariſtarco inuectam poſteriores nouisſime ſuſcitarunt.

67 Nullam quoq; habet potentiam ad quietem, Ad vbi autem ſemper habet annexam potentiam, Atq; inter orbem & intelligentiam eſt reſiſtentia, Qua impeditur mouẽs,ne Cœlum velocius moueat.

68 Intelligentia verò non ſolum eſt finis motus, ſed etiam agens, Quare non ſolum principium paſſiuum, ſed actiuum quoq; motus in Cœlo eſt.

69 Qui motus infinitus eſt, non ita quidem,vt actu habẽs infinitatem, ſed finitus cum ſit in infinitum producit perfectionem ſuam,Quæ infinitas,vt puto, à propriis intelligentiis orbibus largitur, non à primo motore, vt Alexander aſſeruit.

70 Naturalis etiam cœlo eſt hic motus, Ei tamen non opponitur violentus, Quare vi moueri cœlum non poteſt, Et quamuis ſit naturalis ab anima pendet omnino. Non ſolum ratione regularitatis, vt Iulianus Trallianus credidit, Aut ratione infinitatis, vt viſum eſt Hermino,ſed omnifariam.

71 Natura enim in cœlo ab anima non diſtinguit,Quamuis Simplicii quoq; opinio defendi posſit, Cœlum ſcilicet ab anima moueri per mediam naturam.

72 Mouentur porrò corpora cœleſtia non vt finem aſſequantur verus enim finis non eſt extra agens,ſed quia eorum perfectionẽ in motu poſitam eſſe intelligunt, Atque cum ſint ſimplicia ſimplici motu feruntur; inter ſimplices verò circulari.Qui Cœli motus,vt æter-

nus nec in loco factus, ſed ſolum circa medium, in quo eſt loci differentia quædam æquiuoce motus localis dici debet.

73 Ad ipſum autem conſtituendum & certum requiritur & poli centrum quidem immobile eſt atque idem numero terræ & ſingulis orbibus eſt commune, Poli autem diuerſi ſunt, & continuo mouentur, nec quidem per accidens, Eos tamen immobiles eſſe quoque defendemus.

74 Nec ſolum circulari motu ferunt ſed orbiculari quoque figura corpora cæleſtia circumſcribuntur, non rectilinea aliqua, cum extra cœlum reperiri non poſſit corpus aliquod, Neque etiam diuinius, & magis æthereum, vt Theologia aſſiriorum docebat, quam ſequitur Proclus.

75 Nec etiam locus, aut vacuum, aut tempus, Atq; cœlos poſſe ſeipſos penetrare à principijs philoſophiæ pace Simplicij alienum ſit.

76 Qui etſi ſphærici ſint ad centrum vſque pertingere, & corpora inferiora poſſe penetrare temere, ni fallor, aſſeeruit idem ſimplicius, Nec eorum orbicularitas impedimẽto eſſe debet, quin poſitionis differentias illos habere fatendum ſit, Non quidem ratione noſtri, ſed ſecundum naturam cum ſint animati.

77 Nec quidem ſolum dextrum & ſiniſtrum, ſed his quoque priora principia ſurſum deorſum, ante & retro, Quæ non ſunt in cœlo ſecundum diuerſa vbi, Sed in eius determinatis partibus collocantur, Quare vna cum illis mouentur.

78 Cœterum huiuſcemodi differentias poſitionis in cœlo non reperiri præter Ariſtotelis ſententiam diſputandi gratia defendemus eius rationes vanas atque fallaces eſſe affirmantes.

79 Senſus autem cœlo non ſunt tribuendi, Cum nec animam informantem, nec tangibiles qualitates habeat Quare non ſolũ guſtus & olfactus, ſed auditus quoq;

viſus & tactus Simplicii pace ab eò ſunt remouendi.

80 Nec ſolum externi ſenſus, verum etiam imaginatio à cœlo eſt auferenda, Neque diſcurſus, quicquid dicat Philoponus, ei eſt concedendus.

81 Senſitiua enim cognitione caret; non ſolum ea quæ fit paſſione & à corpore ad intellectum procedit, ſed eaque quoquam iuxta actionem conſiſtere, & ab intellectu in corpus progredi, ex Platonicorum ſententia effinxit Simplicius.

82 Et hæc quidem ex Ariſtotelis ſententia veriſſima iudico, ſed aduerſus ipſum diſputandi cauſa cœlum genitum eſſe & coruptibile, ex horum inferiorum materia conſtare, & continuo generari, atque corrumpi, formam etiam materialem habere ei dantem eſſe pro viribus defendam.

83 Cœlos porrò plures eſſe ſenſu, & ratione compertum eſt, Quorum octo ſunt conſpicui, cum ſint aſtris referti, Qui etiam inter ſe ſunt ſpecie diſtinti; eos tamen eiuſdem quoq; ſpeciei eſſe defendam.

84 Atq; ſupremus ſtellas inerrantes continet, & perfectiſſimus eſt, ac effectiue immediate à Deo mouetur Vnico velociſſimo, & ſimpliciter vniformi motu, quicquid dicant Aſtronomi.

85 Hic per ſe non eſt in loco, Nec per partes internas, aut externas, ſed per accidens ratione centri, Quod vnius per ſe loci differentiam eſſe contingit.

86 Sub quo orbe ſeptem ſunt planetæ, Qui non magis in loco ſunt, quam octauus orbis; Etſi ab illo contineantur habent igitur locum ſolum ratione centri; Eorum medius eſt Sol, non Lunæ proximus, vt nonnulli crediderunt.

87 Hic ratione lucis aſtra omnia ſuperat & cum dēſiſſimus ſit maxime, & perfectiſſime ſplendeſcit, Luna autem vt loco eſt inſima, ita eſt dignitate poſtrema; Ac eam inter cœleſtia proportionem habet, quam terra inter caduca.

88 Hæc ſolis luce accepta quæ hic ſunt illuminat, Non quidem repercuſſione, ſed ſolis operatione ſuſcepta, & iã tota colluſtrata ſua natura apta eſt ad operationem contra reddendam, & quæ hic ſunt illuſtranda.

89 Maculæ autem in ea apparentes non ſunt montium, vallium, ac Mariũ imagines, Non enim omnibus nec eodem modo appareret, ſed quędã Lunæ partes ſunt minus lumini peruiæ atque eius receptiuæ.

90 Inſequuntur porrò planetæ motum octaui orbis non rapti, nec coacti, ſed ſponte, Eſt enim diurnus motus eis naturalis, Mouentur autem hoc motu non à proprijs intelligentiis, ſed à Deo primo motore.

91 Altero autem motu mouentur in oppoſitam regionẽ ſed in obliquo circulo ſub diuerſis polis. Motores ſunt intelligentiæ illis affixæ, Et præter iſtos motus, qui neceſſario ponendi ſunt, omnes alij ſunt apparentes, minime autem exiſtentes.

92 Superuacanei itaq; ſunt tot orbes concentrici à Calippo, & Eudoxo poſiti, Vani quoque ſunt eccentrici, & Epicicli, Qui, ut cœleſtia monſtra vniuerſi ordinẽ ac ſtatum perturbantia, ſunt prorſus exterminandi.

93 Et cum ſine aſtris orbes aliquos naturam procreaſſe credendum non ſit octo ſolum erunt, lique concentrici, Apparentiæ vero omnes ex polorum diuerſitate, Atque ex medii difformitate, & ex via lactea ortum ducunt.

94 Eſt itaque ſummopere neceſſaria perſpectiua ad Aſtronomicas concluſiones demonſtrandas, Omnis enim ratio de figura, ſitu magnitudine, & motu corporum cœleſtium vim accipit ex ea, Quod non animaduertentes Aſtronomi fallaces demonſtrationes confecerunt, & in varios, atque innumeros errores inciderunt.

95 Hanc porrò de aſtris ſcientiam, quam certiſſimam eſſe ipſi crediderunt, ego in certiſſimam atque difficilimã puto, obiecti enim natura, Medii difformitas, atq; in

conſtantia, ſenſuum deffectus, atq; inſtrumentorum fallacia maximę in ea ſunt difficultatis cauſæ.

96 Aſtrologia verò quam iudiciariam, ac diuinatricem vocant omnino inanis eſt, Nec aliqua vrgenti, ni fallor, ratione ſuffulta.

97 Aſtris refertos eſſe orbes, ſenſu & ratione id perſuadentibus ſupra aſſeruimus. Quæ aſtra ab orbe ſpecie non diſtinguuntur, cum eaſdem cauſas habeant, Accidentibus tamen differunt, Eſt enim ſtella denſior pars orbis, atque nobilior.

98 Neque inter ſe aſtra eiuſdem orbis aliquo niſi accidentali diſerimine ſeparantur, Nec propterea eiuſdem ſpeciei plura ſunt indiuidua, ſed eiuſdem indiuidui plures ſunt partes.

99 Aſtrum verò vnius orbis ab aſtro alterius ſpecie differt, Ea tamen eiuſdē quoq; ſpeciei eſſe defendemus.

100 Sunt porrò Stellæ omnes ſphæricæ figuræ, vt eo Lunæ facie deprehēdi poteſt. Quæ orbe quieſcente nō feruntur, vt nonnulli crediderunt, ſed orbi affixæ, quaſi nodi in tabella ad motum eius feruntur.

101 Et cum orbi continuentur, Nec etiam ſuper proprio centro volui poſſunt, vt aſſeruit Plato, Quem ab Ariſtotele non diſſentire temerè, ni fallor, dixit Simplicius, Manent igitur omnino immobiles.

102 Quare nullus ab eis elidi poteſt ſonus, Quod ſi aliquem ſonitum ederent, is à nobis maximè perciperetur, Et nihil prȩterea audire poſſemus, Falſa igitur eſt Pytagoreorum poſitio.

103 Quos neque tueri poteſt Simplicii defenſio, Qui ſonitum illum his inferioribus magis ſpiritalem, & abſque aere effectum aſſerit, Adhuc enim eius pace à nobis percipi eſſet neceſſe.

104 Eſt porrò cœlum vinculum quo caduca æternis ſubſtantiis alligantur. Et ſine quo Intelligentiæ in hæc inferiora agere non poſſent, Agit autem cœlum motu, & lumine.

Lumine

105 Lumine quidem alterat, motu uero localiter mouet inferiora, quid ſi motu quoque alterat? Influxus autem a Peripatetico omnino ſunt negandi.

106 Nec tamen credendum eſt, cœlum inferiora alterando caliditatem ſolam largiri, cum frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem, & qualitates omnes impertiatur, nec quidem per accidens; ſed his de Cœlo tranſactis ad reliqua inferiora pedem feramus.

SECTIO QVARTA
DE MVNDO INFERIORI.

1 COeleſti enim naturæ inferior annectitur incõſtans, & uaria, ac ſingulis mutationibus obnoxia. Quam ueteres philoſophi inter ea quæ ſunt non cenſebant eſſe connumerandam, cum tamen uere ſit ens, ſed intellectualibus, ac cœleſtibus naturis longe ignobilior.

2 Quibus proximam eſſe, & contiguam neceſſe fuit, ut omnis eius uirtus atque facultas inde emanaret, ac regeretur, motu nanque cœli deficiente inferior mundus, ſecũdum ſubſtantiam, atq; operationes in interitum rueret, Vt nec etiam inordinatis motionibus elementa, ac ſublunaria corpora pace Alexandri agitari poſſent.

3 Gerit enim Cœlum uices Artificis, inferiora uero materiæ, & inſtrumenti, quorum inferiorum præcipuum, & ad quod reliqua attributionem habent ſubſtantia eſt.

4 Hæc in materiam, formam atque compoſitum partitur, tanquam in analogata, omnium infima, & minima ſubſtantia eſt materia, deinde compoſitum, omnium uero maxime forma.

5 Quid ſi compoſitum eſt, maxime ſubſtantia? Quid ſi materia cum diſcedentibus formis ipſa maneat?

6 Ceterum cum imperfectisſima ſubſtantia ſit materia, eius natura erit potentia pasſiua, non enim eſt potentia acci-

dens materiæ, ſed illius eſt eſſe.

7 Non tamen ob id imperfectior eſt accidente, Quid autem abſurdi ſequetur ſi illam imperfectiorem eſſe declaremus?

8 Quæ etſi potentia ſit ſecundum eſſentiam, habet tamen rationem quandam nobis immanifeſtam qua ad aliud non refertur, Actum autem Entitatiuum eam habere obiectiuæ potentiæ reſpondentem maximum eſt, ni fallor, in Peripatica doctrina figmentum.

9 Vna porro materia eſt omnium generabilium, Etſi uerius loquemur, ſi unitatem omnem ab ea auferemus, Quam multitudinis indiuiduorum cauſam eſſe putandum eſt, quamuis eorum unitatis non ſit principium.

10 Hæc cum ex alia materia fieri nequeat, æterna eſt iudicanda, Quid ſi ortui, & interitui obnoxiam eſſe defendimus?

11 Omnibus enim formis ſucceſſiue ſubiicitur, Quare non inconcinne Poetæ, qui & ipſi præclare philoſophati fuiſſe uidentur materiam formas uariantem, et undique diffluentem ſub Protei nomine declararunt. Nulla igitur erit eius operatio ſed ſola hæc paſſio, Quare tranſmutatione innotuit.

12 Formam uero aliquam ſubſtantialem ſibi propriam, & coæternam non habet, quare nec formam corporeitatis non ſolum perfectam, ſed nec etiam imperfectam.

13 Quam tamen formam imperfectam in materia ſemper eſſe, atque generationi neceſſariam fore tuebimur.

14 Neque in ea ſunt quantitates interminatæ, aut qualitates, ſed oppoſitam quoque ſententiam defendemus.

15 In qua tamen materia formas omnes tum ſubſtantiales, tum accidentales ſemper eſſe non negamus, non minus enim generabilium formæ in eius potentia latitant, quã in Dei actu ſplendeſcant.

16 Quæ potentia etſi unica ſit, plures quoque eſſe ſpecie diſtinctas potentias eſt arbitrandum, Ideis proportione re

ſpondentes quæ quidem tot numero ſunt, quot̃ generabilium ſpecies.

17 Nulla enim nec proximam, nec remotam potentiam habet materia ad ſingularia, Quare infinitas potentias aut proximas, aut remotas in ea eſſe, nonnullorum pace, aſſerendum non eſt.

18 Appetit porro formam materia quicquid dicat Auicenna, Nec quidem ratione priuationis annexæ, ſed ex propria natura, Adueniente igitur forma appetitus non ceſſat.

19 Nec potentia materiæ, quæ etſi potentia omnino ſit, & nullum actum includat, reſiſtentia tamen carere non eſt exiſtimandum.

20 Formas uero ſubſtantiales omnes immediate recipit, Non enim datur cōpoſitio materiæ, ut Græci, & Auerroes aſſeruerunt, ſed ex prima materia, & forma, fit unumquodque compoſitum.

21 Ceterum cum actum ullum ex ſe non habeat materia definitione caret. Atque intellectus eam, uelut quiſpiam clauſis oculis cernit, Idcirco eius cogitatio adulterina erit non legitima, ut optime inquit Plato.

22 Non enim per ſe cognoſcibilis eſt, ſed per analogiam, non quidem ad formam, uerum ad artificioſorum materiam, Quamuis etiam per relationem ad formam de ea habeatur notitia, A qua forma realiter diſtinguitur.

23 Eſt autem formæ ratio actus, Quamuis priorem in ſui natura rationem habeat, quam ſit ea, quæ actu exprimitur.

24 Perfectior igitur eſt quam materia, & propter eandem rationem perfectior quoque eſt compoſito pace Scoti.

25 Hæc non generatur, nec creatur, cum tamen de nouo incipiat eſſe, nec in materia præexiſtat.

26 In qua extrinſecus non inducitur, ut opinati ſunt Io. Gram. & Auicenna, ſed ab agente ex materiæ potentia educitur, cum quo, & fine coincidit.

27 Materiæ uero dat ultimum eſſe, Atque una eſt in uno quoque compoſito, Plures enim formæ in ſubiecto, ut una alteri ſubſternat tanquam materia, ponendæ non ſunt, pace Auerrois, & Græcorum. Materiæq; ineſt hæc forma ante accidentia terminata, atque interminata omnia.

28 Nec tamen indiuiſibilis, aut æterna eſt, ut ſequi credidit Auerroes, Quam forma omnis cum terminus, & perfectio exiſtat, natura ſua ſit impartibilis.

29 Quare nec magis, nec minus ſuſcipit, forma uero quæ eſt in uno indiuiduo, non differt a forma exiſtente in alio eiuſdem ſpeciei indiuiduo, niſi per accidens.

30 Diſcretio porro, & eſſentialis unio a forma pendet, a qua omnis quoque emanat operatio.

31 Ex qua operatione forma nobis innoteſcit, atque perfectior operatio perfectiorem formam oſtendit, Etſi unius atque eiuſdem formæ plures, ac ſpecie diuerſas actiones eſſe nihil prohibeat.

32 Formæ priuatio opponitur, Quæ non eſt aliqua qualitas in ſubiecto, ut putauit Alexander, nec imperfecta forma, ſed mera abſentia formæ ſubſtantialis in materia.

33 Quæ cum ſit ſubſtantiæ oppoſita, ſubſtantia erit, Ignobilior tamen tum forma, tum materia, A qua neſcientes priuationem hanc ueteres ſeparare in nodos inſolubiles inciderunt.

34 Non eſt porro idem realiter priuatio, quod potentia materiæ, Quare eſt non ens per ſe, ens uero per accidens.

35 Generationis & interitus eſt cauſa, compoſitorum uero principium per accidens, Quid ſi etiam per ſe principiū eſſe defendo?

36 Quæ generatio, cum ſit uia in ſubſtantiam, ex potentia enim ad actum res traducit ſubſtãtia erit, atque eiuſdem ſpeciei, cuius id quod generatur. Vna uero eſt quæ ad unum ſpecie terminatur.

37 Generatur quidem compoſitum, non forma aut mate-
ria, & omne compoſitum neceſſario eſt nouum. Quid
ſi formam generari dicimus? Quid ſi etiam mate-
riam?

38 Compoſitum uero illud quod generatur non eſt vni-
uerſale, ſed ſingulare, Socrates tamen, atque huiuſcemo
di determinata ſingularia per ſe non generantur, ſed per
accidens ſecundum Ariſtotelem.

39 Idem autem numero in diuerſis inſtantibus, vel a diuer-
ſis agentibus, vel in diuerſa materia generari eſt im-
poſſibile.

40 Eſt porro generatio mutatio de nõ eſſe ad eſſe, nullo ſen
ſibili remanente ut per ſe ſubiecto.

41 Nulla igitur in generatione forma manet perfecta aut
imperfecta de prædicamento ſubſtantiæ, ſed reſolutio
fit uſque ad materiam primam.

42 Ita ut nec accidens aliquod terminatum remaneat pace
D. Thomæ, Nec interminatum pace Auerrois, & Græ-
corum, Diſpoſitiones igitur pro forma genita ea adue-
niente recedunt, Nec tamen ab agente temere procrea-
tas fuiſſe dicendum eſt.

43 Ceterum cũ omnis tum motus, tum mutatio ſit in paſſo,
paſſum autem ſit in potentia, ſubiectum generationis nõ
ſolum eſt in potentia accidẽtali, verum etiam eſſentiali,
Quare materia prima erit uere ſubiectum generationis.

44 Et cum generatio ſit quidam tranſitus, tranſitus autem
omnis ſit ex hoc in illud, in ea erunt duo termini, Qui
neceſſarii erant oppoſiti, Non quidem contrarie, ſed
priuatiue.

45 Terminus uero ad quem, Qui etiam eſt finis generatio-
nis, forma eſt, Terminus a quo priuatio, Quid ſi termi-
ni ſunt quoque contrarii? Quid enim prohibet in ſub-
ſtantia eſſe contrarietatem?

46 Omnis præterea generatio eſt ab aliquo agente, Impoſ-
ſibile nanque eſt, vt inquit Plato quod generatur, ab ali

qua cauſa non generari. Cuius agentis munus eſt in actũ illud deducere, quod in potentia materiæ latitabat, Genito autem non opponitur, ſed uniuocum ei eſt, & ſpecie idem, cum tamen numero differat.

47 At cum natura temere nihil efficiat generationi quoque eumq; optimum conſtituit finem, cum nihil aliud molia tur generatio quam caduca & interitui obnoxia, quoad eorum natura fert, in perpetuitatem traducere.

48 Quæ cum alia æterna faciat neceſſario erit perpetua, Eius uero perpetuitatis cauſa in materiam, & in Cœlum eſt referenda, Etſi ſingulares generationes incipiant eſſe, Quas per mutationem quãdam eſſe acccipere cum Simplicio non eſt arbitrandum.

49 Generationem diximus motum eſſe, Quare in tempore fiet, & erit ſucceſſiua non ſolum pro præuia alteratione, ſed etiam pro ſubſtantialis formæ acquiſitione, Quamuis Auerroes cum reliquis interpretibus reclamet.

50 Quod ſi generatio eſt in tempore uelox quoque & tarda eſſe poterit, in ea igitur omne mutatum eſſe præcedit mutari, & ante omne mutari eſt mutatum eſſe, Quæ omnia ad præuiam alterationem præter Ariſtotelis ſententiam trahit Auerroes.

51 Eſt porro generatio quædam ſimpliciter, quædam ſecundum quid, ſimpliciter generatio non eſt magis ſenſati, vt veteres crediderunt, ſed perfectioris ſubſtantiæ, ſecundum quid uero imperfectioris, Generationi opponitur interitus, Qui eſt mutatio de eſſe ad non eſſe nullo ſenſibili remanente, vt per ſe ſubiecto.

52 Et quamuis generationi ſit oppoſitus, ſubiecto tamen ab ipſa non diſcrepat, ſed ratione ſolum, Vnius igitur corruptio alterius erit generatio, & econuerſo, Iſtæ enim mutationes ex neceſſitate ſe conſequuntur.

53 Fit autem interitus ab oppoſito, non igitur quandoque ab intrinſeco, Nec ea quæ oppoſitionem non habent corrumpi unquam poterunt, quicquid dixerit Scotus,

Quandoque tamen ab eodem non ſolum ſpecie, ſed etiam numero, per accidens tamen fieri poteſt interitus.

54 Quid ſi per ſe? Generare autem ſeipſum per ſe, aut per accidens eſt impoſsibile,ſiue ſecundum totum,ſiue ſecundum partem,pace nonnullorum.

55 Omne porro corruptibile genitum eſt,omne quinetiam genitum neceſſario corrumpitur,nulla eſt enim infinita potentia ad corruptionem, nec eſſentialiter, nec accidentaliter,ad generationem uero aliqua potẽtia infinita eſſe poteſt accidentaliter.

56 Quæ autem per ſe interierunt, per ſe quoque rurſus generari non ſolum poſsibile eſt, ſed neceſſarium ex Ariſtotelis ſententia, qui tamen mortuorum reſurrectionem, & cuiuſque indiuidui regenerationem ſæpiſsime negauit.

57 Eſt quidem corruptio naturalis ratione materiæ, cum eius finis ſit materiæ deſiderium explere,ſed præter multorum ſententiam dixerim naturalem quoque eſſe ratione formæ eius quod corrumpitur, Quid ſi ratione formæ eſt præter naturam?

58 At generationi, & corruptioni immutabilitas tanquam communis hoſtis aduerſatur, eſt quidem immutabilitas ſtatus rei in eſſe,uel non eſſe,immutabilitas autem ea generationi opponitur,quæ eſt permanẽtia rei in non eſſe, At permanentia rei in eſſe eſt generationis perfectio, Atque ſtatus hic uniuſcuiuſque æuum dicitur.

59 Immutabilitas porro hæc, ut eſt generationis perfectio, ita corruptioni maxime aduerſatur,Cuius quidem corruptionis immutabilitas illa perfectio eſt, quæ eſt ſtatus rei in non eſſe.

60 Diximus compoſiti eſſe generationem, De hoc igitur agendum erit,Cuius quidem ratio eſt ſubſtantia conſtãs ex materia & forma corruptibili,& eſt genus generaliſſimum in prædicamento ſubſtantiæ.

61 Huius enim ſolius proprium eſt contraria, & accidentia recipere poſſe,cum ipſum uere ſit accidentium ſubiectũ, non materia ſubiectum dico non ſolum denominationis, uerum etiam inhæſionis.

62 Eſt quidem compoſitum uere unum per ſe,& ſolum ſeparabile,ac tertiam entitatem realem dicit, ſed non realiter a materia,& forma diſtinctam.

63 Notius quin etiam apud nos eſt,quam forma, cum naturæ ignotius ſit, huius ſolum eſt definitio,cum ſolius etiã ſit quidditas.

64 Eſt porro tota quidditas forma compoſiti, Quicquid dicant Latini materia uero cum ſit pars compoſiti,vt formæ uehiculum a definitione excludi non debet.

65 Et quamuis forma ſit tota quidditas, Non eſt tamen credendum efficiens, & finem in definitione poni non debere,cum hoc potius in cauſa ſit, vt genus nullum cauſarum a definitione excludatur.

66 Definitum autem, & definitio ſunt unum,& eandem definitionem habentia habent eandem formam. Quæ definitio non eſt ſingularium,ſed nec etiam uniuerſalium, cum naturæ ſit nec uniuerſalis,nec particularis.

67 Habet definitio, ac quidditas partes. Quæ quidem ſunt genus, & differentia, Quare in omni definitione duæ ſaltem partes erunt genus proximum, & ultima differentia.

68 Quod genus non explicat materiam, Nec formam aliquam communem, ſed genus,& differentia eandem formam explicant,nec tamen eſt nugatio, De differentia uero genus prædicatur non quidem prædicatione uera, & per ſe, ſed neceſſaria.

69 Proprium compoſiti ſubſtantialis eſt,ut magis,& minus non ſuſcipiat, Contrarietatem non habeat, cum tamen contrariorum ſit ſuſceptiuum,ſuæ autem durationis determinatum periodum habet. Qui ad maximum,& minimum terminatur,non tamen datur eius ultimum eſſe,

ſed

ſed primum non eſſe.

70 Menſura uerò in genere ſubſtantiæ non eſt nec materia, nec Deus, nec aliqua ſubſtantia abſtracta, ſed ratione maximi eſt homo, ratione uerò minimi, Homo enim eſt ſubſtantiarum omnium perfectisſima, ſicut terra imperfectisſima.

71 Maximæ quidem ſubſtantiæ ſunt ſingularia, Poſt ſingularia ſpecies, His proxima ſunt genera, quæ quidem ſunt tenuisſimæ ſubſtantiæ.

72 Subſtantiæ inſunt accidentia, Quæ quidem non ſunt uerè entia, entia uerò dicuntur, propter ſubſtantiam cui inſunt, Accidentis enim eſſe eſt ineſſe.

73 Inhærentia igitur non ſolum eſt de eſſentia accidentis, ſed eſt tota accidentis natura & ratio, Atque de actuali inhærentia loquor, Nam aptitudinalis non datur ab actuali diſtincta, cum accidens aliquod eſſe, & à ſubiecto abeſſe ex Ariſtotelis ſententia repugnet.

74 Hæc porrò inhærentia realiter non differt à ſpeciebus accidentium, Non eſt tamē de ratione illorum nec quid ditatiua, nec quietatiua.

75 Quorum accidentium, cum non ſint ueræ eſſentiæ, non erunt etiam ueræ definitiones, Definiuntur autem per additamentum, ponitur enim ſubſtantia in eorum definitione, Neque hoc ſuperiori poſitioni aduerſatur.

76 Eſt inter formam, & accidentia diſcrimen, Quoniam accidentia dant eſſe per accidens, forma uerò per ſe, Atque ob id accidentia à ſubiecto, vt inquit Auerroes, ſuſtentantur, ſubiectum uerò à forma, Quare uni accidens alteri non poteſt eſſe forma, & ſubſtantia, quicquid dicat Alexander.

77 Non habent præterea accidentia ueram generationem, nec uerum interitum, ſed eorum ſecundum quid generatio, & corruptio uocari poteſt, fiunt autem non ab accidente, ſed à ſubſtantia, quæ non ſolum eſt eorum ſubiectum, & materialis cauſa, ſed efficiens quoque, & finis.

78 Via autem qua accidens ex potentia ad actum traducitur, uocatur motus maxime proprie, Qui cum ſit uia in accidens, accidens erit, A generatione uero differt, tum ratione ſubiecti, tum ratione terminorum.

79 Motus enim ſubiectum eſt ens in actu per ſe, Termini uero ſunt contrarii, erit igitur motus in illis ſolum accidentibus, in quibus cōtrarietas inuenitur, Aliorum uero generatio iſtorum motum conſequetur.

80 Accidens enim analogum eſt, & nouem ſub ſe habet genera generaliſſima, ei tanquam Analogata ſubiecta, Quantum, Ad aliquid, Quale, Agere, Pati, Vbi, Habere, Quando, & Situm eſſe, Quæ tum inter ſe ſecundum eſſentias impermiſta ſunt, tum quoque à ſubſtantia realiter diſtincta.

81 Primum autem Analogatum eſt Quātitas. Primo enim ſubſtantiæ inhæret, & per ipſam reliqua accidentia, Quāuis Archytas Qualitatem eſſe primum accidens exiſtimauerit, Quæ quantitas eſt accidens quod in partes in exiſtentes diuidi poteſt.

82 Eius autem ſpecies ſunt continuum & diſcretum, quibus commune genus vniuocum reſpondere nihil prohibet, Non enim continuum eſt cauſa diſcreti.

83 Diſcreti autem ſpecies præter numerum nulla eſt, nec cōtinui præter magnitudinem, Tempus enim, motus, & locus non ſunt continui ſpecies, neque oratio diſcreti, Quid porro ſit numerus, & magnitudo, quia ſuperius de quantitate tranſcendenti agentes explicauimus, nunc ſilentio prætereuntes, Quæ reliqua ſunt pro numeri, & magnitudinis paſſionibus, & ſpeciebus explicandis perſequamur.

84 Ea igitur, quæ numerantur ſi ratione numeri comparentur, æqualia, vel in æqualia erunt. Numerus enim ad alium comparatus non eſt æqualis, vel inæqualis vt cōmuniter exiſtimatur, Aequalia autem erunt quorum numerus eſt unus, inæqualia quorum diuerſus.

85 Numerorum porrò cum alii ſint pares, alii impares, Parem numerum definiuit Pythagoras eum eſſe, qui ſub eadem diuiſione poteſt in maxima, atque paruiſſima diuidi, maxima quidem ſpacio, paruiſſima quantitate, ſecũdum iſtorum duorum generum cõtrarias paſſiones, verum hæc definitio numeri paris eſſe non poteſt, cum potius ſit magnitudinis in parem numerum diuiſæ.

86 Parem præterea numerum illum eſſe, qui bipartitè ſecatur, temerè dixit Euclides cum ſuperiora per inferiora definierit, Rectius, ni fallor, dicemus, parem numerum eſſe, qui in æquales partes ſecatur, Atque hæc definitio ab illa Euclidis plurimum re ipſa diſtat.

87 In eundem errorem lapſus eſt Euclides, cum imparem numerum definiuit eſſe eum, qui bifariam non ſecatur, Nec ſatis apta eſt definitio illa quòd ſit numerus vnitate differens à pari. Dicemus igitur eſſe numerum in æquales partes indiuiſibilem.

88 Inter impares primus numerus eſt ternarius, ſicut inter pares binarius, pace Ioannis Grammatici, qui binarium numerum eſſe negauit; Non enim omni numero competit maiorem eſſe multiplicatum, quam compoſitum, quod ipſe credidit.

89 Parium uero numerorum alii ſuperflui, alii diminuti ſunt; ſuperflui quidem quorum partes compoſitæ totius numerum excedunt, Diminuti uerò, quorum partes totius numerum non complent, At medius ſuis partibus æquus exiſtit, Quare perfectus eſt, primus autem, atque ſimplicior inter perfectos ſenarius eſt.

90 Ceterum ſi numeri plures inter ſe comparentur proportionem habebunt, Eſt enim proportio numeri ad numerum ratione exceſſus & defectus certa habitudo.

91 Proportionum quinque ſunt genera, ceteris autem præſtat multiplex, Cuius ratio eſt habitudo numeri excedẽtis ad numerum exceſſum eum ad minus bis continentis, huius ſpecies ſunt dupla, tripla, & huiuſcemodi pro-

portiones, Quæ ſecundum numeri excreſcentiam in infinitum accreſcunt.

92 Huic proxima eſt ſuperparticularis, Quæ eſt habitudo numeri ad numerum eius partem præter totum continentis, huius ſpecies ſunt ſeſquialtera, ſeſquitertia, & id genus reliquæ in infinitum proportiones.

93 Poſtrema inter ſimplices proportiones eſt ſuperpartiẽs, quæ eſt habitudo numeri ad numerum, quem totum, & eius plures partes ſed non omnes continet, cuius ſpecies ſunt ſuperbipartiens, ſupertripartiens uſque in infinitũ, ex his autem multiplex ſuperparticularis, & multiplex ſuperpartiens compoſitæ proportiones oriuntur.

94 Nec plures maioris inæqualitatis proportiones excogitari queunt, Totidem ſunt minoris, Quæ à maioris proportionibus re non diſcrepant, ſed ratione ſolum, & ſub præpoſitione addita exprimuntur.

95 Proportiones ſi inuicem comparentur eædem, uel diuerſæ erunt, eædem quidem ſi eandem denominationem, diuerſæ ſi diuerſam recipiant, Denominatio autem cum à numeris accipiatur maior vel minor eſt, Nec tamẽ proportiones maiores iccirco, aut minores dici debẽt, Quod fit à mathematicis, ſiquidem ex accidenti maiorem aut minorem eſſe proportioni conueniat.

96 Quod ſi eædem ſint proportiones conſurgit proportionalitas, cuius ratio eſt proportionum identitas, ſi diuerſæ improportionalitas oritur, Proportionalitatis autem plures ſunt ſpecies, Quæ omnes cum diſiunctæ & cõiunctæ eſſe poſſint, non ſolum inter quatuor, ſed tres quoq; terminos reperiri poterunt.

97 Vocata fuit proportionalitas hæc à Pythagora, Platone, & Ariſtotele Geometrica, cum tamen uerè ſit in numeris, habet autem quatuor proprietates, prima eſt, eandem inter differentias proportionem eſſe, ac inter terminos, ſed hæc proprietas in continua ſolum proportionalitate ſeruatur, Etſi eam in omni diſpoſitione ueritatem

habere dixerit Boëthius.

98 Secũda proprietas quam ſolum habet in multiplici proportione eſt,quod una minus multiplicatione, quam ſit proportio minorem numerum maior excedat,Tertia in coniuncta proportionalitate reperta eſt, quod idem numerus conſurgat ex medio,atque ex extremis,in diſiuncta uerò, quòd idem ſub mediis, ac ſub extremis fiat, Quarta eſt quod in omnibus terminis æqualis denominationis ſint proportiones.

99 Ad huius proportionalitatis ſimilitudinem Arithmetica, & Harmonica proportionalitates inuentæ fuerunt, Eſt quidem Arithmetica identitas differentiarum inter tres,aut plures terminos repertæ, Eius prima proprietas eſt,quòd in coniuncta medius terminus ſit extremorum medietas, in diſiuncta medii compoſiti ſint extremis cõpoſitis æquales.

100 Secunda uerò quòd ita ſe habeant differentiæ ad differentias,vt termini ad terminos,Tertia à Nicomacho primum animaduerſa eſt quod contentus ſub duobus extremis numerus minor ſit eo, qui ex medio conficitur quantum duæ ſub ſe differentiæ continere poſſunt inter terminos conſtitutæ, Poſtrema eſt quod in minoribus terminis proportiones maioris denominationis ſunt,minoris uerò in maioribus.

101 Harmonica uerò uocata proportionalitas,quia in ea conſonantiæ omnes inueniuntur, eſt identitas habitudinis maximi termini ad minimum,& maximi,minimiq; differentiæ ad medii, & minimi differentiam, ei conuenit in maioribus terminis proportiones minoris eſſe denominationis,in minoribus uerò maioris, Competit præterea extrema medio multiplicante duplam conſurgere multitudinem, ei quæ ex extremo alterum extremum multiplicante colligitur.

102 Hiſce proportionalitatibus tres deinde fuerunt additæ, atque illis quatuor aliæ à poſterioribus annexæ, vt de-

cem iam ſint proportionalitatum genera, ſed poſteriora hæc à nobis ſunt breuitatis gratia prætermittenda, Atq; ſilentio prætereundum eſt, quomodo numeri ex ſimilitudine, lineares ſuperficiales, & ſolidi ſint, Nec dimenſiones ſolum, ſed figuras quoque omnes ſuſcipiant.

103 Quorum numerorum quidam ſtabiles, alii inconſtantes ſunt, Cum enim permanentis, & immutabilis naturæ ſit vnitas, Numeri quoque impares propter illam immutabilitatis erunt participes, per numeros uerò impares quadrati immutabiles ſunt, cum ex imparibus originem trahant.

104 Variæ & inconſtantis naturæ eſt binarius, & per illum omnes numeri pares, & altera parte longiores, Qui quidem omnes ducunt originem ex paribus, ſed hactenus de numero.

105 Magnitudinis autem terminus, ad quem terminatur, & partes eius copulantur, punctus eſt, Atque hæc eſt puncti ratio, Etſi aliter illum definierint Mathematici, qui in definitionibus tradendis vt ex iis quæ dixero coniectura aſſequi unuſquiſque poterit, & quandoque ſi dabitur occaſio liquido oſtendam, ſemper ni me mea fallit opinio, à ueritate aberrarunt.

106 Magnitudinis porrò differentiæ à diuiſione in partes ſunt accipiendæ, Linea igitur erit magnitudo in partes inexiſtentes unicè diuiſibilis, Quæ imperite quoque à Mathematicis in rectam & curuam diſtribuitur, Cũ hæc extranea illa uerò propria ſit diuiſio quæ in longam & breuem lineam partitur.

107 Superficies uerò eſt magnitudo quæ biſariam ſecari poteſt, Corpus tandem quod triſariam partitur, Nec inueniri poteſt continuum quod plures tribus diuiſionibus ferat, Quare eſt corpus omniquaque diuiſibile, Nec alia eſt præter tres enarratas magnitudinis ſpecies, Reliquis uerò perfectius eſt corpus.

108 Quæ ſpecies nõ ſunt ſpecialiſſimæ, ſed plures ſub ſe ſpe-

cies continent, ſecundum maiorem, & minorem exten-ſionem diſcrepantes, Corpus enim, ſuperficies, ac lineæ maiores à minoribus ſpecie differunt, Rectæ autem magnitudines à curuis ſpecie non differunt, quamuis aduerſus nos Mathematicis adhærere uideatur Ariſtoteles.

109 Ceterum magnitudines omnes ſuas habẽt dimenſiones, Quæ dimenſiones cum determinatæ ſint, & ſecundum rectas perpendiculares determinentur, Tres autem ſolæ ad rectos inuicem angulos accipi poſſint, plures tribus dimenſiones non erunt.

110 Tres uerò ſunt longitudo, latitudo, & profunditas, Quibus omnibus gaudet corpus, Cuius principium eſt quod ſumitur ſecundum longitudinem & lineam, vt optime inquit Simplicius, Medium quod ſecũdum ſuperficiem & latitudinem, extremum quod ſecundũ profunditatẽ.

111 Longitudine & latitudine gaudet ſuperficies, At lineæ ſola longitudo tributa fuit, eſt quidem longitudo diſtantia inter puncta, latitudo diſtantia inter lineas, Profunditas uerò diſtantia inter ſuperficies.

112 Magnitudini porro ratione partium numerus addi poteſt, Numerata uerò magnitudo alteri numeratæ proportionari poterit, Ac omnes proportiones habere quas in numeris demonſtrauimus, & ex illis tandem proportionibus omnes proportionalitatum ſpecies conſurgent,

113 Vt autem recta ſit proportio præter numerum partium quoque continuarum æqualitas eſt conſideranda, Illa.n. exempli gratia magnitudo habet ad aliam proportionẽ duplam, quæ cum numerum duplum habeat, partes quoque inter ſe & partibus magnitudinis cui comparatur, quo ad magnitudinem æquales habuerit.

114 Inter inæquales uerò magnitudines proportiones irrationales perſæpe eſſe Mathematici crediderunt, Quod tamen iudicio meo falſiſſimum eſt, vel enim nullą proportio, uel rationalis cadet inter magnitudines, Cum ꝓportionem irrationalem dicere ſit pugnantia loqui.

115 Nec tamen nego quamplures eſſe magnitudines irrationales,tales enim ſunt quæ cum ſint inæquales proportionem non habent.

116 Magnitudines autem proportionales omnes ſunt communicantes,& commēſurabiles pace Mathematicorum, ſunt quidem commenſurabiles quæ eadem magnitudine ſiue mēſura dimetiri poſſunt, incōmenſurabiles quæ ſub eadem menſura non cadunt.

117 Quod uerò magnitudinem habet nō ſolum numerum, verum etiam formam, quæ qualitas eſt,& figuram recipit, ſecundum quas curuum vel rectum dicitur; eſt autem curuum recto comparabile, quicquid dicat Ariſtoteles,Atque etiam curuum curuo alterius ſpeciei comparari poteſt,pace Auerrois,ſicut rectum omne cuilibet recto comparabile eſt.

118 Recti proprium eſt additionem cogitatione ſemper ſuſcipere poſſe , Cum repugnet curuo additionē recipere, Præclare itaque dicebat Ariſtoteles lineam curuam eſſe perfectam , rectam uerò imperfectam.

119 Rectam figuram habens alteri diſiunctæ magnitudini comparata æquidiſtans eſſe poteſt, Aequidiſtātes autem magnitudines ſunt inter quas ſecūdum partes quaſlibet comparatas, eadem ſeruatur diſtantia.

120 Atque hæc,ni fallor,melior eſt definitio,quàm à Mathematicis tradita, Quod enim in infinitum protractæ non concurrant concluſio eſt ex hac definitione demonſtrabilis, Inæquidiſtantes autem ſunt inter quæ diuerſa cadit diſtantia.

121 Quòd ſi coniunctæ magnitudini comparetur perpendicularis eſſe poteſt, Perpendicularis ratio eſt, Magnitudo recta ab uno termino ad rectam magnitudinem breuiſſima, Tantum autem abeſt , vt utrinque duos æquales angulos cauſare ſit eius definitio, quod nec etiam ſit proprietas, Cum talis effectus eam ſemper non conſequatur .

Angulus

122 Angulus autem qui ex ſemicircumferentia,& diametro terminatur omnium obtuſorum angulorum maximũ eſſe, Qui uerò ex arcu & linea contingentiæ continetur angulorum minimum eſſe temere, vt opinor, dixerunt Mathematici, cum anguli in infinitum ſint diuiſibiles, Quare nullus erit minimus.

123 Figura uerò curua ſi deſcribatur ſuperficies circulus erit, cuius ratio eſt ſuperficies circumferentia contẽta, Quod autem in circulo ſit à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ ſint æquales,concluſio eſt demonſtrabilis,nõ definitio, aut poſitio.

124 Quem circulum quadrari, vt aiunt non eſt impoſſibile, Nulla tamen extat demonſtratio, quæ id exactè oſtendat, Quamuis Hippocratis Chii demonſtratio proxime accedat ad perfectionem,eſt enim omnibus melior.

125 At corporis figura curua deſcripti eſt ſphæra tota ſolida uſque ad centrum, Quæ ratione terminorum eſt curua,cum ratione ſui ſit corpus rectum, Atq; eius ratio eſt corpus unica ſuperficie curua terminatum.

126 Corpus uerò forma curua inſignitum duas habet ſuperficies,externam & internã,vt ſunt orbes cœleſtes, Quos ex eo quòd ſunt corpora curua ad centrum uſque pertingere falſo cõcluſit Simplicius, cum oppoſitum potius eſſet concludendum.

127 Dicuntur ratione figurarum magnitudines ſimiles uel diſſimiles, eſt autem linea recta cuilibet rectæ ſpecie ſimilis, Curua uerò rectæ ualdè diſſimilis, at omnibus curuis genere proximo ſimilis, paucisſimis uerò ſpecie, Quod ea ratione euenit, quòd curua curuior eſſe poteſt, At recta rectior non poteſt,Idem dicendum eſt de ſuperficie, & corpore.

128 Vt autem in hoc genere ex potentia ad actum traducantur, motus quidam eſt,Non equidem ad omnem quantitatem, non enim ad numerum ſed ad magnitudinem ſolam, & præſertim ad corpus, Cuius motus duæ ſunt

ſpecies, incrementum, atque decrementum, Illud eſt motus ad maiorem & perfectiorem magnitudinem, hoc ad minorem, & minus perfectam.

129 Sunt porrò iſti motus nō ſolum in animatis, vt falſò omnes interpretes ſibi perſuadent, ſed in miſtis omnibus, in animis, in corporibus, In corporibus quoque ſimplicibus, In omnibus denique caducis magnitudinem habentibus ex Ariſtotelis ſententia.

130 Incrementum cum motus ſit ſubiectum cōtinuum habet, & terminum quem diximus eſſe corpus, Non fiet per inſtantia vt quibuſdam uiſum eſt, ſed in tempore cōtinuo, atque indiuiſo, uerè igitur erit motus continuus.

131 Nec nos turbare debet, quòd aggenerationem auctio conſequatur non quidem tempore, vt poſt aſsimilationem extenſio, & incrementum fiat, ſed natura ſolum, ab ea.n. realiter non ſeparatur, Nec tamen generatio eſt totalis, aut partialis, Quid ſi ab aggeneratione realiter diſtingui defendo?

132 Vt autem incrementum fiat, aliquid accedere, & agglutinari oportet, Nō igitur rarefactio aliquo modo eſt incrementum, quamuis hanc uerisſimam auctionē eſſe aliqui doctisſimi uiri fuerint arbitrati, incrementi uerò ſubiectum non eſt id quod apponitur, ſed id cui fit appoſitio.

133 Hoc enim idem eſt, & manet ſub utroque termino, Quod cum ſit compoſitum non ſolum ſecundum formam ſed etiam ſecundum materiam incrementum ſuſcipiet, Non enim magis materia fluit quam forma, cum ſimul extendantur, & formæ materia neceſſario ſubſternatur, ut forma materiam ſemper terminat & perficit, Nec unquam Ariſtoteles, vt opinio mea fert, ſi eius uerba diligentius inſpiciamus materiam fluere, formam manere aſſeruit, pace expoſitorum.

134 Quamuis ex eius ſententia dicendum ſit ſecundum omnes partes formales incrementum fieri, ſecundum materiales non item, formales uoco non quidem organicas,

aut ſenſibiles,aut poroſas,aut humidum radicale.

135 Materiales uerò ſimil[illegible]es aut inſenſiles, aut non poroſas, aut humiditatem cibalem, ſed ueras partes formæ quæ ſunt quidditatis partes, Et omnia quæ formam præcipue conſequuntur formales partes intelligo, ſecundum enim has omnes fit incrementum, Quod ſecundum omnes materiam conſequentes partes fieri nequit.

136 Atque hæc de Quantitate, Qualitatis autem ſecundum quam unumquodq; quale nũcupatur quatuor ſunt ſpecies,Habitus,& diſpoſitio, Naturalis potentia,& impotentia, Paſſio uel paſſibilis qualitas, Forma atque circa unumquodque conſtans figura.

137 Secundum quod prædicamentum motus quidam peculiaris eſt qui alteratio communi nomine appellatur, Motus inquam continuus non multis quietibus interpolatus, vt quandoque uiſus eſt dixiſſe Auerroes, Quid.n. prohibet inſenſibilem alterationem dari?

138 Alterationes autem ſubitæ, & momentaneæ uocatæ non habent principium,aut finem temporis,nec in eis eſt aliquid prius aut poſterius, vt Græci crediderunt,& cũ eis Latinorum quamplurimi, ſed nec temporis, nec magnitudinis principium habentes in inſtanti fiunt, non tamẽ ueræ ſunt alterationes.

139 Alteratio enim ſubiectum & terminum diuiſibilem habet. Quare ab utriſque ſucceſsionem,& partibilitatem ſuſcipit, principalius tamen à ſubiecto, pace multorum, Nõ igitur alicuius alterati partes omnes ſimul alterãtur.

140 Nec in aliqua alteratione datur primum alteratum eſſe, ſed omne alteratum præcedit alterari, & omne alterari alteratum eſſe,Remanet autem idem ſubiectum in utroque termino alterationis.

141 Non eſt autem alteratio ſecundum omnes ſpecies qualitatis, ſiquidem non fit ſecundum primam, aut ſecundã, nec etiam ſecundum quartam,Quare relinquitur,ut ſolum fit ſecundum tertiam.

142 Quid ſi non eſt ſecundum omnes qualitates tertiæ ſpeciei ſed ſolum ſecundum tangibiles? Quid ſi eſt quoque ſecundum qualitates quartæ ſpeciei?

143 Non poteſt porrò ſecundum qualitatem motus eſſe, niſi illa intendi, & remitti poſſit, Eſt autem intenſum non quod ad ſummum accedit, nec quod à priuatione recedit vt multi crediderunt, ſed quod paſſibilem qualitatē habet, Remiſſum uerò in quo eſt eius priuatio.

144 Summe quidem remiſſum quod ſummam priuationem habet, Summe uerò intenſum quod ſummam qualitatem poſſidet, Eſt autem ſumma qualitas, quæ nihil in ſe priuationis continet, & ſicut ſumma priuatio in qua nihil eſt formæ.

145 Quod eſt intenſum ut ſex accedit ad intenſum ut octo nō per duos gradus, ut nonnulli uoluerunt, ſed per ſex, per duos autem recedit, Et quod magis accedit ad ſummum eſt magis intenſum non quidem proportionalitate Arithmetica, vt Iuniores dixerunt, ſed Geometrica.

146 Ceterum intenſio, & remiſſio illa pro qualitate, hæc pro priuatione accepta comparari poſſunt ſecundum æqualitatem, Quid enim prohibet priuationem formæ æqualem uel inæqualem eſſe? Non tamen quilibet gradus quantum intenſus eſt tantundem remiſſum eſſe credendum eſt pace multorum, ſiquidem hoc ſoli gradui medio conueniat.

147 Eſt autem menſura in his qualitatibus ſecundum maximum qualitas ſumma, Ratione uerò minimi ſecundum inſtitutionem non ſecundum naturam poſitus eſt gradus, Quorum octo ad ſummam qualitatem conſtituendam concurrunt, Et gradus ſummus non poteſt additionem ſuſcipere, Nec aliquo modo remiſſus eſt, quicquid dixerit Calculator.

148 Cum igitur duo ſint alterationis termini, Duæ quoque erunt eiuſdem ſpecies, intenſio, & remiſſio, Eſt quidem intenſio alteratio à priuatione ad ſenſibilem qualitatem,

Remiſſio uerò à paſſibili qualitate ad eius priuationem alteratio.

149 Ex hoc conſtat intenſionem ab acceſſu ad ſummam qualitatem petendam eſſe, ſicut remiſſionem ab acceſſu ad priuationem totalem, Quæ res quamplurimis difficultatem præbuit.

150 Quamuis etiam, peti poſſit intenſio à receſſu ex priuatione & remiſſio à receſſu ex forma & qualitate, uerum hoc erit ſecũdario pace multorum, Semper autem unius remiſſio eſt alterius intenſio & è cõuerſo, ſubiecto enim motus iſti non differunt, ſed ratione ſolum.

151 Et remiſſio ſemper fit per admiſtionem contrarii, contrarium autem priuationem uoco, Intenſio autem fit per admiſtionem contrarii formæ, & priuationis exilium, Non tamen admiſtio formæ aut priuationis iſtarum alterationum definitio eſſe poteſt, vt Iuniores uoluerunt.

152 In alteratione autem præter terminos & ſubiectum requiritur etiam alterans, quod quidem quandoque eſt in alterato, ſiquidẽ in omnibus corporibus tum animatis, tum inanimatis, compoſitis, atq; ſimplicibus eſt alterationis principium, tum paſſiuum, tum etiam actiuum, Quare in ſeipſa naturaliter agunt, Quãuis perſæpe ab extrinſeco alterentur, Qui motus ut plurimum eſt uiolentus.

153 Atq; in hoc motu opus eſt alterans extrinſecum proximũ eſſe alterato, & illud tangere, Quod ueritatem habet non ſolum in alterationibus corruptionis, vt quidam dixerunt, uerum etiam in perfectiuis.

154 Quare intelligentiæ immediate alterare non poſſunt, vt uoluit Auicenna, Nec anima, nec ſpecies ſpiritales, vt poſteriores, ſed qualitates reales ſunt proxime alterãtes.

155 Intelligentiæ uerò & anima alterant motu uel qualitatibus ut inſtrumentis utentes, ſpecies autem ſpiritales qualitates reales mediate, uel immediate producere eſt impoſſibile.

156 Tanguntur quidem proprie ea, quorum extrema cum ſi-

mul ſint in materia communicant, Vnde agere & pati inuicem poſſunt.

157 Non enim quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatū in determinatum, Atque ea quæ agunt, & patiūtur ſunt partim ſimilia, partim disſimilia, Quare ueteres omnes aliqua ex parte ueritatem tetigerunt.

158 Eſt porrò agens paſſo contrarium, & ab eo ut plurimum in actione repatitur, Non ut aliqui dixerūt, per ſolam reſiſtentiam, ſed poſitiue, atque per eandem qualitatem tum pasſiuam, tum actiuam, In aliqua tamen actione reactionem dari, ne minimam quidem, imposſibile eſt, quamuis ſit inter contraria in materia communicántia.

159 Agit uerò naturale agens per proximum in remotum, in utrunque ſecundum extenſionem uirtutis ſuæ qualitatem imprimens magis tamen in proximum, Atque pro portionalitatem ſeruat Geometricam, non Arithmeticā, ut Iuniores quidam uoluerunt.

160 Et niſi aliquid ei fuerit impedimento actionem ſuam in orbem extendit ipſum in centro exiſtens, Atque iuxta centrum ualidisſima eſt eius actio, extra circumferentiam nulla, in medio uerò media, Quare inter ſpatii proportionem & proportionem actionis Geometrica cadet proportionalitas. Hæc hactenus de alteratione, & qualitate, Reliquis uerò prædicamentis breuitatis cauſa omisſis ad inanimata corpora, atque eorum pasſiones tranſeamus.

SECTIO QVINTA

DE MVNDO INFERIORI INANIMATO.

1 Atque inter inanimata corpora nobis primò occurrunt ſimplicia, ſimplicia autem ſunt, quia ex ſimplici forma,& materia conſtant,hæc infinita numero eſſe non poſſunt vt Anaxagoras, & Democritus uoluerunt, Neque unum vt Thales,Anaximander & alii,ſed plura & finita.

2 Eorum tamen definitum numerum nullibi abunde demonſtrauit Ariſtoteles, quicquid multi dicant, præterquam in ſecundo de Generatione libro, vbi ex qualitatum coniugatione quatuor eſſe deprehendit. Quid ſi præter Ariſtotelis ſententiam duo ſolum ſimplicia corpora eſſe defendo, ignem,& terram,reliqua uerò omnia neceſſario eſſe miſta?

3 Quorum ſimplicium corporum formæ non ſunt qualitates primæ,calor,frigus,humor, & ſiccitas, quicquid Alexander dicat,& cum eo Græcorum interpretum ſchola, ſed ſubſtantiæ ſunt, Et quidem indiuiſibiles, & uerè ſubſtantiæ.

4 Quare erronea, ni fallor, erit Auerrois opinio, qui intendi illas, & remitti poſſe exiſtimauit, Cuius tamen ſententiam diſputationis quoque gratia tuebimur.

5 Nec oppoſitæ ſunt, atque contrariæ horum corporum formæ, Quæ corpora ut formis ſubſtantialibus prædita non agunt nec patiuntur, ſed ut qualitates annexas habent, Erit itaque ueriſſima, & abſque gloſſa accipienda propoſitio illa, quòd ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus.

6 Formas iſtas ſubſtantiales non nulli recentiores declarare cupientes grauitatem & leuitatem eſſe aſſeruerũt, Quam ſententiam Alexandri quoq; opinione deteriorem exi-

ſtimo, ſunt enim grauitas & leuitas qualitates, quibus mediis elementa mouentur.

7 Quarè temerè quoque dixerunt Archytas & Athenodorus illas eſſe quantitates,& cum eis Iamblicus atque Simplicius, Eſt quidem grauitas propenſio qua corpora deorſum feruntur, leuitas qua ſurſum, Prima autem principia, & formæ elementorum latent, vt reliquæ quoq; ſubſtantiæ,quæ ſenſibus non percipiuntur.

8 Iſta porrò corpora non nutriuntur, neque animali incremento augentur vt quibuſdã uiſum eſt, Non enim ſunt pace Simplicii animata.

9 Eorum uerò totalitates circulari figura deſcribuntur, Quã à Cœleſti compreſsione, & ſupernaturaliter non ſuſcipiunt; vt uiſus eſt dixiſſe Simplicius,ſiquidem etiam ſublato Cœlo circulares eſſent, Non tamen aliqua propria,& naturali figura inſignita eſſe elementa cum Platone eſt arbitrandum.

10 Mouentur autem motu recto, Qui quidem motus eis conuenit ſecundum naturam exiſtentibus,non extra naturã poſitis & nondum genitis, vt cum Ptolemæo, & Plotino Xenarchus aſſeruit, Qui etiam falſo quietem, uel circularem motum conuenire eis natura dixit.

11 Sed nec omnia quidem grauia ſunt, & deorſum natura mota, præter naturam uerò ſurſum, vt Straton, & Epicurus aſſerebant, & ante illos uiſus eſt in Timæo dixiſſe Plato, Verum quædam ſurſum, quædam deorſum natura feruntur.

12 Motus porrò iſti, cum ſimplicis ſint corporis,et ſuper ſimplici linea fiant,ſimplices erunt, Atque eorum principiũ tum paſsiuum tum actiuum in elementis eſt, Quæ ratione formæ mouent, vt ratione materiæ mouentur.

13 Quamuis uerè,& per ſe principium motus in eis ſit generans, Non ſolum ut præbens formam, ſed etiam ut immediatum principium,quod optime octauo Phyſicorũ docuit Ariſtoteles, Cuius rationes id aſtruentes demonſtratiuæ

ſtratiuæ

ſtratiuæ ſunt, non probabiles, vt nonnullis uiſum eſt.

14 Cum uerò naturaliter ſimplicia corpora feruntur,non ad totalitates, ſed ad propria loca mouentur, & ad ſuos ipſorum actus in potentia exiſtere dicuntur. Nec tamen Alexandro eſt aſſentiendum, qui negat illa tunc eſſe actu grauia, aut leuia, ſed ſolum dum in propriis locis quieſcunt.

15 Nec ſolum elementorũ partes, ſed etiam totalitates grauitatis, ac leuitatis ſunt participes,& ad propria loca,quicquid dicat Io. Grammaticus, inclinationem habent.

16 Hæc porrò corpora ſi à propriis & naturalibus locis ad extranea ferantur ne detur uacuum,non à natura uniuerſali,& omnibus communi id euenire eſt arbitrandũ, ſed illius motus cauſam quandoque eſſe antiperiſtaſim, quandoq; uerò per corpus contangẽs ad actionem,Quare ſemper motus ille uiolentus erit.

17 Præter uerò motum localem alterationem quoq; patiuntur ſimplicia corpora, Nec ſolum alterationis principiũ paſſiuum,ſed etiam actiuum habent, Quare ſeipſa alterare poſſunt, Quamuis uerè principium alterationis in eis ſit generans, uel remouens prohibens.

18 Alterationem autem cum patiantur,paſſibilibus qualitatibus prædita eſſe oportet, ſunt uerò paſſibilium qualitatum primæ, Calor, frigus, humor, & ſiccitas, Quarum ſingulæ coniugationes ſingulis elementis attribuuntur.

19 Hinc fit ut quædam elementa ſint contraria, quædam cognata,& ſymbola,Sunt autem elementorum ſymbolæ qualitates eiuſdem ſpeciei non quidem Analogæ, ſed Vniuocæ & ſpecialiſſimæ, quicquid dicat Simplicius, & cum eo Latinorum quãplures,Specialiſſimæ inquam non ſolum ut obiecta,ſed omnimode.

20 In habẽtibus igitur ſymbolum eſt facilior,& uelocior trãſitus quàm in contrariis, Quid ſi præter Ariſtotelis ſententiam,nec facilior,nec uelocior eſt tranſitus, ſed æqualiter ſe habet in utriſque?

21 Non tamen Simplicio, & Themiſtio aſſentiendum arbitror, qui negant elementa contraria poſſe inuicem immediate tranſmutari, Quamuis ſæpe ſæpius per ſymbola tranſmutentur.

22 Præter autem iſtas actuales qualitates non ſunt ponendæ aliæ uirtuales ab actualibus, & formis ſubſtantialibus diſtinctæ, vt nonnulli Latinorum fuerunt arbitrati.

23 Poſt mutuam tãdem actionem hæc corpora in interitum eunt, Quæ rurſus eadem numero redire poſſe temerè, ni fallor, aſſeruit Simplicius, Nec ſolum unum elementum in aliud tranſmutari poteſt, ſed etiam duo in tertium.

24 Duo inquam contraria non cognata, vtroque enim congeneo, ſecundum alteram qualitatem mutato nõ poteſt aliquo modo tertiũ oriri, ſiue remanentes qualitates, ſiue genitas reſpiciamus pace Philoponi.

25 Ex elementis autem contrariis generari poſſe tertium intelligendum eſt non ſolum contrariis inter ſe agentibus, vt placuit Iunioribus, ſed altero quoq; in utrunq; agente, Nec utroque ſemper corrupto, ſed altero agente, altero tantum paſſo, & corrupto tertium generari poteſt.

26 Contrariis uerò in tertium tranſmutatis non ſolum duæ qualitates corrumpuntur, ſed etiam duæ generantur, quicquid dicat Alexander, ſed ab elementis in uniuerſum ad ſingulas ſpecies tranſeundum iam eſt, inter quas præcipua eſt ignis.

27 Cuius una eſt ſpecies non tres, carbo, flamma, & lux, vt Plato aſſeruit, Hic ſurſum fertur, & corporum omnium eſt leuiſſimum, Atque locus eius eſt iuxta lunæ concauum.

28 In quo igne nullum eſt animal, Dæmonas enim Salamandram, aut beſtiolas quaſdam ibi collocare fictitium eſt, cum nec locus, nec natura eius alicui cuiuſuis temperaturæ animali conueniens eſſe poſſit.

29 Hic in proprio loco non quieſcit, ſed ſemper, & neceſſario circulariter mouetur, cum tamen per ſe, & propria

natura motus circularis ei non conueniat,Nec ſupra naturam ut dixit Simplicius,ſed præter naturam,& uiolenter, Qui motus etiam non eſt ueré circularis, ſed miſtus, vt optime docuit Alexander.

30 Caliditatem deinde & ſiccitatem in ſummo ſibi uendicat ignis, ſed primo quidem caliditatem, & cum ualde purus ſit in propria ſphæra non lucet.

31 Eſt autem calor qualitas habẽs facultatem eorum quæ eodem genere continentur cogendi, aliena uerò ſecernẽdi, Atque ſummæ eſt actiuitatis, vt unuſquiſque ſuo periculo experiri poteſt.

32 Non eſt tamen minimæ reſiſtentiæ,ſed maioris quam frigus,nõ enim eſt raritas reſiſtentiæ impedimento in igne, Quinimò eam maxime adiuuat; Etſi omnes oppoſitum ſentiant.

33 Hic porrò ignis aëris eſt naturalis locus,qui leuis eſt, quãuis nonnihil ſit grauitatis particeps, vnde pluribus quodammodo motibus moueri uidetur; ſicut & aqua, Quod fuit Simplicio erroris, ni fallor occaſio,qui eſſe illa corpora ſimplicia negauit, Vere autem ſimplicia terram, & ignem.

34 Vendicat primo ſibi aër humiditatem,ſed calorem quoque in ſummo habet, quamuis nix, pluuia, & grando eius frigiditatem atteſtari maxime uideantur.

35 Eſt autem humor qualitas,qua corpus, vt nõ ſuis finibus, ita alienis optime circũſcribitur, Hic paruæ eſt actionis, ſiquidem præter unam ſiccitatem quam agẽdo ſuperat, habet omnibus aliis qualitatibus primis actionem minorem, eſt tamen maximæ inter omnes reſiſtẽtiæ quicquid alii dixerint.

36 In aëre collocatur aqua,ut in naturali loco, quæ tum grauis, tum leuis uidetur cum oppoſitis motibus feratur, Magis tamen grauis eſt quàm leuis.

37 Grauitant porrò & leuitãt tum aër, tum aqua in propriis locis,cum grauibus enim deorſum, cum leuibus ſurſum

ferũtur,& ad obliqua quoque loca ac latera cum proie
ctis mouentur, Non tamen pace Ariſtotelis crediderim
grauitare illa magis, quàm leuitare, Quãuis vtrem infla
tum inani grauiorem eſſe experientia doceat, & ratio
perſuadeat.

38 Præter uerò grauitarem,humiditatem,& frigiditatem ſibi
uendicat aqua, primò autem frigiditatem,Quæ quidem
non eſt minor naturali terræ frigiditate, Hæc calefacta
in priſtinam frigiditatem redit non ex uaporum diſceſ
ſu,ſed ex forma propria,quæ eſt in actu uirtuali, & po
tentia formali frigiditatis.

39 Eſt quidem frigus qualitas facultatem habens genere iun
cta & alienigena contrahendi, Id poſt calorem maxime
agit, cum inter omnes minime reſiſtat.

40 Huic contigua eſt terra quæ in medio mundi ſita eſt, Atq;
eius centrum eſt centrum mundi, Quare grauiſsima ſim
pliciter eſt, Nec eius grauitas eiuſdem ſpeciei eſt cum
grauitate aquæ, ſicut nec leuitas aëris cum leuitate ignis.

41 Præter grauitatem,frigiditatem, & ſiccitatem in ſummo
habet,primo autem ſibi uendicat ſiccitatem,Eſt uerò ſic
citas, Qualitas qua corpus alienis finibus ægre circum
ſcribitur,ſuis uerò optimè, Hæc minimæ eſt actionis, &
minoris etiam reſiſtentiæ quàm humiditas,quicquid ce
teri, Etſi magis reſiſtat quàm calor,aut frigus.

42 Habitabilis porrò eſt terra non ſolum à tropicis ad circu
los polares, ſed etiam intra tropicos ſub æquatore, pace
ueterum,quibus & ratio,& experientia refragatur,Eam
tamen cum Auicenna optimam, ac temperatiſsimam re
gionem eſſe non arbitror.

43 Regionem quoq; illam in qua poli incolis ſunt uertices,
habitabilem eſſe credo, Quamuis Sol eis ſex continuis
menſibus nõ luceat, Huius tamen poſitionis oppoſitum
quoque diſputandi gratia defendam.

44 Tota igitur terra erit habitabilis, Eius uerò pars optima
eſt quæ à tropicis, & circulis polaribus continetur, Qui

uerò ratione noſtri ſunt Antipodæ, præſtantiorem, atq; digniorem regionem accolunt, quam nos ipſi, ſiquidem pars Auſtralis ſit ſuperior terræ pars.

45 Eſt porrò terra omnium Simplicium corporum minima, & in ſubdecupla proportione ſe habet ad aquam, ſicut hæc ad aërem, ille uerò ad ignem, Qui omnium eſt maximus, Non tamen ex uno minimo terræ decem aquæ fieri cum quamplurimis eſt arbitrandum, ſed unum, nec aquæ quidem ſolum, ſed aëris quoq;, & ignis. Quare ex uno minimo ignis integrum minimũ terræ fieri poterit.

46 Quod autem elementum maius eſt rarius quoq; eſt, Quare ignis rariſsimus eſt, terra uerò denſiſsima, Non tamẽ credendum eſt raritatem, & denſitatem quantitates eſſe, Quæ nec etiam ſunt poſitiones.

47 Sed Qualitates non quidem ſecundæ ſpeciei, vt non nulli dixere, At paſsibiles, & qualitates primas ſupponunt, cũ ex illis originem trahant.

48 Tantum uerò abeſt ut raritas ſit magna quantitas in parua materia, quod non nulli dicunt, Denſitas autem parua in multa materia, vt nec etiam in rari pugillo ſit minor, aut paucior materia, quàm in denſi pugillo.

49 Rarefactio itaque, & cõdenſatio quas ſecundum iſtas qualitates corpora patiuntur, non erunt incrementum, & decrementum, ſiue motus ad quãtitatem, cum in eis primo non acquiratur quantitas, aut extenſio, ſed qualitas, Veræ igitur ſunt alterationes.

50 Secundariò autem & conſecutiuè in eis acquiritur quantitas à prima diuerſa, Nec prima remanet, aut ſecundum terminos, aut ſecundum ſe, ſed nouæ quantitatis generatio ſit eodem remanente ſubiecto, Nec aliquo accedente, aut recedente.

51 Ex horum porrò ſimplicium corporum actione miſta oriuntur, Quæ quidem miſtio imposſibilis non eſt exiſtimanda, quamuis miſcibilia in diuerſa loca natura ſua rapiantur, Neque eam in confinio aquæ, & aëris ſemper

fieri cum nonnullis eſt arbitrandum.

52 Vbique enim fieri poteſt, Quãuis ſimplicia corpora ſimpliciter ui, nec aliquo modo naturaliter ad miſtionem ueniant, Ea tamen naturaliter quoq; miſceri diſputationis cauſa defendam.

53 Hæc ut miſti partes fiunt Elementa uocantur, Eſt autem Elementum corpus intus exiſtens irreſolubile in alia diſtincta ſpecie, Non enim hæc definitio materiæ ſolum conuenit vt multi crediderunt, ſed maxime his corporibus.

54 Nec tamen credendum eſt ſemper Elementa in miſtis eſſe, vt materia ſemper eſt ſub forma, ſiquidem Elementa pura & à miſtis ſeparata inueniri nihil prohibet, Ignis autem purus & à miſtione ſecretus, non eſt eiuſdem ſpeciei, cuius eſt ignis inferior, Nec lucet, quãuis calefaciat, ita ut manum in eo poſitam exureret, pace multorum, et citius quidem quàm ignis impurus.

55 Vt autem miſtum conſurgat Elementa in minimas partes diuidi eſt neceſſe, ita enim omni ex parte tangent, atque tangentur. Hæc autem nondum eſt uera miſtio vt Democritus credidit, quem ſecuti ſunt Iuniores quidam.

56 Sed eſt diſpoſitio ad ueram miſtionem, Quæ fieri non poterit ſi Elementa ita fuerint inæqualia, vt unum aliud in ſui naturam uertere poſſit, ſed aliquam inter Elementa æqualitatem eſſe pro miſtione abſoluenda neceſſe eſt. Eſt enim miſtio corporum alteratorum unio.

57 Ad quam cum neceſſario terra, & aqua concurrant, Hæc autem in miſtis abſque contrariis eſſe nequeant, Miſtum aliquod imperfectum ex duobus, aut tribus Elementis conſtare impoſſibile eſt, ſed omnia ſemper & neceſſariò ex quatuor conſiſtent.

58 Quorum elementorum formæ non manent in miſto illeſæ, pace Democriti, & Auicennæ, Nec totæ abeunt unà cum qualitatibus. Neque ſolæ qualitates formis abeuntibus in temperie permanẽt, vt inquiũt Latini cõplures.

59 Sed ut qualitates in temperie uirtualiter,ita formæ in miſti forma elementis deſtructis uirtute continentur, Etſi Auerrois quoque opinio, formas confractas & caſtigatas in actu tamen remanere aſſerentis, ni fallor, defendi poſſit.

60 Eſt uerò miſtorum naturalis ortus quando actiuæ qualitates paſſiuas ſuperant, calor enim & frigus materiam uincendo gignunt,Quare miſta omnia concoctione perficiuntur,& paſſiuæ qualitates ab actiuis continentur.

61 Huic generationi opponitur putrefactio quæ eſt miſti naturalis interitus, Fit autem cum paſſiuæ actiuas ſuperãt, & humor unà cum calore foras euocatur, Quare putrefacta arida redduntur.

62 Præter Ariſtotelis tamen ſententiam nec putrefactionem hanc miſtorum eſſe naturalem interitum, Neque ueram & naturalem generationem,cum paſſiuas qualitates actiuæ uincunt,& continent tuebimur.

63 Siquidem perſæpe fiat, vt uocatis paſſiuis ſuperantibus miſta naturaliter procreentur, Non enim cõtinentur hæ ab actiuis in miſto, ſed à miſti forma paſſiuæ & actiuæ æqualiter cõtinentur, Tunc uerò eſt miſtorum naturalis ortus cum ex quatuor qualitatibus temperies conſurgit formæ miſti conueniens.

64 Nec concoctione miſta omnia abſoluuntur, ſed ſolum ea quæ caloris beneficio gignuntur. Eſt autem coctio ſuperflui humidi reſolutio, & frigidi uehementioris temperatio pro rei perfectione naturali à calore effecta, Ex quo fit ut craſſiora & calidiora concocta reddantur.

65 Eius ſpecies ſunt Maturatio,Elixatio,& Aſſatio, Eſt maturatio proprie cõcoctio ſucci in fructibus, ſed ad alia quoque transfertur,Hæc fit non quidem cum calor humorẽ uicerit,& circumſcripſerit, vt ait Ariſtoteles,ſed cum ex actione qualitatũ unumquodque fuerit tum ſiccius,tum calidius effectum,quoad eius naturalis,et optimus ſtatus flagitat, Ei uerò aduerſatur cruditas.

66 Elixatio eſt cõconctio à calore humido, cũ humor rebus, quæ elixãtur, inditus fuerit indefinitus, & aquoſus, ſola itaq; heterogenea, vt opinor, elixari ualent. Ei opponitur leuis coctio, Aſſatio tandem eſt concoctio à calore ſicco, et alieno, Quare elixata ſicciora interius redduntur, Aſſata exterius.

67 Miſti porrò forma quæ ex miſtione conſurgit, non ab ipſis elementis procreari cenſenda eſt, cum hæc in materiam non in agens ſint referenda, ſed beneficio cœleſtis caloris à ſuperiori agente efficitur, Hæc eſt miſtorum motionis interna cauſa, & per mediam inclinationem localiter mouet.

68 Quamuis ab elemento prædominante miſta moueri una cum Ariſtotele ſit aſſerendum, cui dicto optime cõſentit miſti motum miſtum eſſe, vt ſimplicis eſt ſimplex.

69 Non itaque dabitur miſtum aliquod æquale ad pondus, Vt Galeno Auerroes aſcribit, Huiuſmodi enim miſtum non moueretur, ſed ſemper erit miſtum æquale ſecundum Iuſtitiam.

70 Ex primis uerò Qualitatibus in complexione non actu, ſed uirtute manentibus plures in miſtis oriuntur qualitates, vt mollicies, duricies, concretio, liquabilitas, flexibilitas, atq; huiuſmodi reliquæ affectiones, Quas omnes perſequi nimis longum eſſet, Relictis igitur minus ambiguis, ad eas quæ maiorem habent difficultatem deſcendamus.

71 Inter miſtorum porrò qualitates præcipuas color annumeratur, ſoli enim miſto conuenit, Nec apparens ſolum eſt, vt uidebatur Democrito, ſed exiſtens, & fixus, non ſolum ſecundum materiam, verum etiam non nullorũ pace, ſecundum formam, Quare in tenebris quoq; colores actu ſunt, quamuis non ſint actu uiſibiles.

72 Lumen enim non eſt forma colorum, vt opinatus eſt Auicenna, Eſt quidem color actus perſpicui terminati, Qui color non ſolum in corporis extremitate, pace Alexan-

dri, Verum etiam in internis partibus reperitur.

73 Quid ſi ſolum in extremitate eſſe defendo? Colores uerò, qui in Aurora conſpiciuntur, in aqua, & perſæpe in collo columbæ non ſunt ueri colores, ſed colorum apparẽtiæ, atque imagines.

74 Diuerſitatis uerò colorum cauſa eſt multitudo, & paucitas perſpicui, Ex qua differẽtia plures colorum ſpecies oriũtur, Quæ neceſſario finitæ ſunt, Atque certa inter ſe proportione ſunt conſtitutæ.

75 Quarum extremæ ſunt Albedo, et nigror, Fit quidem Albedo ex multitudine perſpicui, Nigror uerò ex paucitate, non ex priuatione omnino, vt nonnulli uoluerunt.

76 Ex his in actu perfecto exiſtentibus non fiunt medii colores, Neque etiam ex illis remiſſis, atque confractis, vt dicebat Auerroes, ſed virtute ſolum permanentibus, Qui medii numero quinque ſunt, præter Ariſtotelis tamen ſententiam multo plures eſſe defendam.

77 Altera uerò miſtorum paſſio, ſiue qualitas eſt ſapor, Qui omnibus miſtis competit, Etſi nonnulla inſipida eſſe dixerit Ariſtoteles.

78 Saporum differentiæ ex figurarum diuerſitate non fiunt, vt uiſum eſt Democrito, Neque ex calido, & frigido ut videtur dixiſſe Galenus, cum eadem ſaporis ſpecies & in calido, & in frigido ſubiecto reperiatur, ſed potius ex diuerſa humidi miſtione cum ſicco.

79 Extremi igitur ſapores erunt dulcis, & amarus, quicquid dicat Galenus, Medii uerò qui ex extremis uirtute conſtant quinque ſunt, vt fuit ſententia Ariſtotelis, Etſi longe plures eſſe, ni fallor, tueri poſſit.

80 Sapore natura poſterior eſt odor miſtis omnibus conueniens qualitas, Aurum enim uel aliquod miſtorum odore omnino carere non eſt exiſtimandum.

81 Imò præter Ariſtotelis ſententiam miſta omnia æqualiter odore affecta eſſe crediderim, Etſi nonnulla acrius atque uehementius olfactum commoueant.

82 Quod extremis odoribus ſint prædita, vel ob calorē corpuſcula quædam olentia emittant, Quæ ad ſenſorium perueniant, odorum autem extrema, & media nominibus carēt propriis, ſed ſaporum uocabulis appellari poſſe uiſum eſt Ariſtoteli.

83 Cuius pace dixerim odores in per ſe, & per accidens non partiri, Nec odorum ſpecies ſeptem eſſe.

84 Neque odores illos quos per ſe nuncupabat Ariſtoteles á brutis non percipi, cum eos & percipiant, & perſequantur, ac fugiant. Nulla.n.odoris ſpecies brutis eſt occulta, nec homini, Qui odorem quoq; Pantheræ percipit.

85 Odorem autē pro qualitate, aut pro fumida exhalatione acceptum nutrire animal poſſe Pythagoreorum, & Medicorum pace non eſt credendum.

86 Nec præter has actuales aliæ in miſtis uirtuales exiſtunt qualitates, ſed quæcunque ſunt actu ſunt, Non igitur ui num actu frigidum uirtute eſt calidum, vt Philoſophi Medicis conſentientes aſſeruerunt.

87 Ceterum ex continuo motu, & lumine Cœli, atque elementorum perpetua inter ſe alteratione innumeræ, & admirabiles affectiones in hoc inferiori mundo conſpiciuntur, Et plurimorum quidem non autem omnium, vt multis uiſum eſt cauſa proxima eſt aſpiratio ui luminis ſurſum lata, altera quidem calida & ſicca, altera humida, & calida.

88 Atque illa ut calidior, & leuior ad ſupremam aëris regionem fertur, Ex qua motus agitatione accenſa, Trabes, Stellæ diſcurrentes, Capræ, atque huiuſmodi gignuntur, inter ſe ſola materiæ alteritate, ac difformitate diſcrepantia, Inter quæ eſt cometa ex craſſiori ac lento uapore conſiſtens, Quæ uentos atque ſiccam anni conſtitutionē nobis oſtendit, Etſi inundationem illam indicare nihil prohibeat.

89 In inferiori uerò aëris regione calida, & humida exhalatio quieſcit, Atque ui frigiditatis aëris, Qui ab extrinſe-

cis contrariis eſt frigidus factus, in pluuiam, niuem, & quamplura alia tranſmutatur.

90 Eſt quidem pluuia uapor calidus, & humidus in aquam conuerſus, Nix idem uapor congelatus, antequã in aquã conuerteretur.

91 Grando uerò eſt pluuia à calido extraneo per antiperiſtaſim in glaciem conuerſa ſi Ariſtoteli credamus, Cuius pace dixerim eſſe uaporem congelatum, à niue uerò differre propter materiam quam craſsiorem, ac terreſtrem magis habet.

92 In infima tandem aëris parte ros, & pruina gignuntur, hæc niui, illa pluuiæ proportione reſpondens, Fiunt autem ex uapore à calore ſtatim derelicto, qui noctis frigore ſuperueniente congelatur, uel in aquam uertitur, Congelatur.n. uapor in generatione pruinæ antequam conuertatur in aquam, quicquid nonnulli dixerint.

93 Ceterum exhalatio illa ſicca non tranſmutata cui ad ſupremam aëris regionem peruenire non licuit, à media regione mota lateraliter deſcẽdit, & Ventus dicitur, Eſt enim forma uenti motus localis lateralis, materia uerò exhalatio ſicca.

94 Venti itaque omnes calidi & ſicci actu ſunt, non ſolum uirtute ut nonnulli dicunt, Mouentur autem non à natura propria nec à mediæ regionis frigiditate, ſed à Cœlo, Immediate uerò ab aëre circumuoluto, atque Cœli motum ſequente.

95 Ciet uentos Sol, qui illos quoque diſsipat, atque conſumit, Inter ſe autem differunt habita locorum unde ſpirant ratione, à quibus diuerſas accipiunt proprietates, Eos undecim eſſe teſtatur, atq; oſtendit Ariſtoteles.

96 Eadem exhalatio ſi nubibus incluſa, & ab earum frigiditate exploſa per uim & impetum deferatur, atque ad circunſtantes nubes allidatur Tonitruum efficit, Quod eſt ſonitus ex illa percuſsione ortus, non extinctio ignis in nube.

97 Ex qua motione,& percuſſione ſæpe accenditur exhalatio, & fulgurationem efficit, quæ tonitruum ſequitur, etſi ob uiſus celeritatem oppoſitum appareat, Quandoque etiam ſi copioſior,& ardentior fuerit exhalatio, atq; maxima ui expulſa confertim feratur, fulmina fiunt.

98 Vortex præterea,& procella ex hac eadem eliſa aſpiratione, non autem accenſa ortum ducunt, Venti maximo impetu terram petentes, Vortex porrò conuoluitur,atque circulariter mouetur non propter uẽtum ei obuiam factum,vt nonullis uiſum eſt,ſed ob anguſtias,atque occurſus nubium.

99 Hæc ſunt quæ in aëre fiunt ex duplici aſpiratione,aut mota, aut alterata, & tranſmutata, Ex eadem ab aſtris illuminata plures aliæ oriuntur apparentiæ, inter quas eſt, Corona, quæ Lunæ perſæpe, quandoque Soli, nonnunquam etiam ſtellis maioribus circumfuſa apparet, Fit autem per radium aſtri non abſorptum, & incorporatum, vt harum ſententiarum auctorum uerbis utar, nec per eundem fractum, ſed reflexum in paruiſſimis,& diſcretis nubeculis interpoſitis.

100 Quæ ſi orbis integer, nec diſtractus fuerit pluuiam, ſi inconſtans & diſſipatus,uẽtos prænunciat, Nec Alberto eſt aſſentiendum, qui ſtellam diſſipare nubem in medio non autem circa extrema aſſerit, Quãdoquidem ſi alicubi uel aliqua ex parte nubes ab aſtro conſumeretur,Corona ab omnibus aſpici non poſſet.

101 Huius generis apparentia eſt uia lactea,quam partem Coeli eſſe non eſt imaginandum, nec ſiccam aut ardentem aſpirationem, vt uiſum eſt Ariſtoteli, à quo interpretes diſcedere ratio coëgit, Sed ni me mea fallit opinio, eſt ſtellarum plurium luminis reflexio in aſpirationem.

102 Non abſimilis ratio eſt hiatuum & fouearum,quæ ex luminis reflexi deformitate, & tenebrarum multitudine fiunt in exhalatione, Atque coelo exiſtente ſereno apparere non eſt præter rationem.

103 Ex nube autem interpoſita, ſed aſtro oppoſita fit Iris ſemiorbis, aut curuatura ſemiorbe minor, Quæ à brutis quoq; nonnullorum pace conſpicitur, & κατὰ ἀνάκλασιν, non κατὰ διάκλασιν apparet, aut per utranque.

104 Fit autem ſolum à Luna & à Sole, nõ à reliquis aſtris, nec reflectitur in guttulas aquæ cadentes, aut in aquam, vt Poſidonio & aliis uiſum eſt, ſed in nubes paruas inter ſe proximas, atque diſcretas, & in aquam penè conuerſas, Quas non poſſe lumen reflectere falſum eſt.

105 Iridis aſpectum ſeptiformem eſſe placuit Ptolemæo, nos rectius dicemus eſſe tricolorem, Etſi colores illi ueri non ſint, ſed ſolum apparentes, Apparet uerò quandoque duplex Iris, & ſuperior eſt magis imbecilla, atque colores conuerſim poſitos habet.

106 Ex reflexione item, non ex luminis, vt nonullis uiſum eſt fractione uirgæ fiunt, Cum ſol uidelicet è re aliqua humida in paruas nubeculas reflectitur inæquabiles ſecundum denſitatem, & aquoſitatem, Non quia acies à nube in nubem incurrat, indeq; ad aliam candidam nubem infracta refugiat pace Ammonii, & Olimpiodori, Qui etiam falſò dixerunt ſine Sole quandoque uirgas apparere.

107 Poſtrema admirabilium apparentium ſunt parhelia, quæ ex reflexione fiunt, ut reliqna omnia, Reflectitur enim Sol in nubes æquabiles, denſas, & ferè in aquam uerſus, Quæ non ſolum colorem, ſed ſolis quoque figuram referre ſunt aptæ.

108 Ab aëre ad aquam iam tranſeamus, Cuius locus eſt maris locus, cum ad mare aquæ omnes confluant, Quod perpetuum eſt, nec aliquando pace Democriti exſiccari poſſe credendum eſt.

109 Maius autem non redditur tot, & tantis in ipſum fluuiis confluentibus ob exhalationes, quæ continuò ab eo Solis ui attolluntur, Quod eſt eius quoque ſalſedinis, & amaroris cauſa, Non enim iccirco ſalſum eſſe mare cre-

dendum eſt quia ſudor ſit terræ, ut canebat Empedocles, nec quia montes ſalis in eius fundo reperiantur, ſed ob exhalationem ſiccam aquæ commiſtam.

110 Mouetur mare pluribus motibus, inter omnes uerò difficillimi ſunt fluxus, & refluxus, Quorum cauſam alii in Lunam, alii in Solem, alii in utrunque, alii in ſitum, & alueum retulerunt, Ego omnium pace dicere primus meo periculo non uerebor, eius cauſam eſſe ſiccam exhalationem ui luminis elatam, atque erumpere conantem, Illum uerò motum terremotui proportione reſpōdere.

111 Profluunt ex terra flumina, fluuiorum principia ſunt fontes, Fontium autem origo, & cauſa non eſt mare, nec aquæ pluuiæ à terra abſorptæ, & in ſubterraneis receptaculis ſeruatæ, ſed ex aëre, & uaporibus à terræ frigore compactis, & tandem in aquam uerſis eorum eſt ortus.

112 Ex quibus deſcendentes fluuii diuerſis ſaporibus, odoribus, atque etiam coloribus inficiuntur à locis per quæ diſcurrunt, Maximi autem à maximis montibus ruunt, Et totas quandoque regiones ſubuertunt. Aliquando etiam exſiccantur, & loca arida relinquunt, Quod mari quoque contingit.

113 Poſſibile enim eſt mundi particulare incendium, atque diluuium, illud paruæ æſtati, hoc hiemi proportione reſpondens, Vniuerſale autem incendium, aut diluuium à Peripateticis nullo pacto ſunt concedenda, Etſi à pio homine ſint confitenda.

114 Nec ſolum in terræ uiſceribus humidi halitus attolluntur; verum etiam ſicci, qui terræ motum efficiunt, In huius enim quaſſationis cauſa reddēda Anaxagoras, Democritus, atque Anaximenes decepti ſunt, Siquidem ſiccus halitus ſubterraneus cum copioſior in anguſtum locum adactus teneatur uehementem agit motum, & erumpere nitens cauſa eſt terræ concuſſionum.

115 Qui ſi accendatur incendiorum eſt cauſa, quæ in pluribus

montibus conſpiciuntur, Diuturnitatis autem, & ferè perpetuitatis incendiorum cauſa eſt materia bituminoſa non ſulfurea, vt quidam putabant.

116 Quæ eadem materia bituminoſa accenſa calefacit aquas balneorum, cuius caloris cauſam alii motum, alii halitū, alii ſulfur, alii calcem eſſe falsò crediderunt.

117 Hanc quoque ſiccam exhalationem lapidum materiam eſſe credidit Ariſtoteles, Sed rectius, ut opinor, cum recentioribus dicemus craſſorum, nec perſpicuorum lapidum materiam eſſe lutum, uel craſſum, & turbulentum ſuccum, Perſpicuorum uerò ſuccum tenuem, & purum, Quare hi lapides aquei magis ſunt, illi uerò terreſtres.

118 Agens uerò proximum non quidem principale, ſed inſtrumentarium lapidum nonnullorum eſt calor, Aliorum uerò frigus congelans, Quare quidam lapides igne liqueſcunt, Diuerſi autem colores atque differentiæ lapidum ex diuerſitate, & difformitate materiæ, atque agentis oriuntur.

119 Metalla autem ex humida exhalatione fieri uiſum eſt Ariſtoteli, Nonnullis uerò ex cinere cui aqua admiſcentur Alchimiſtis ex ſulfure, & argento uiuo, ſed rectius, vt puto dicemus ex terra cui aqua commiſcentur fieri.

120 Qua aqua condenſata, & conglobata fiunt ſucci ex quibus metalla, Condenſantur autem metalla à frigore non à calore, Quare frigus erit cauſa inſtrumentalis efficiens metalla, Ex cuius frigoris, uel materiæ diuerſitate plurimæ metallorum ſpecies fiunt, & uaria illarum diſcrimina. Inter omnes uerò ſpecies præſtantiſsima eſt aurum, Quod non ſolum in locis ſubterraneis, ſed in alueis quoque fluuiorum, vt credidit Albertus generari, quia in arena quandoque reperitur, falſiſsimum eſt & impoſsibile.

121 Circa hæc metalla Alchimiſtæ uerſantur, Quorum ars naturam imitari ſtudet, Et quamuis neſciant Alchimiſtæ, vt experientia docet, unum metallum in aliud tranſmu-

tare, Nec ut mea fert opinio, ſcire unquam poterunt ſi principia ab ipſis iam recepta ſequantur, Tamen metallorum inuicem tranſmutationem, pace Auerrois,& fortaſſe Ariſtotelis arti impoſsibilem non eſſe diſputationis gratia defendam, Supereſt iam vt his tot tantiſque exactis ad animata declaranda tranſeamus.

SECTIO SEXTA
DE MVNDO INFERIORI ANIMATO.

1 QVæ animata miſtorum omnium ſunt perfectiſſima, Inter numeralia autem,& animata nullum eſſe poteſt medium,pace eorum qui coralia inter hæc cōſtituunt. Quæ quidem ut uerè media non ſunt, ita inter ueras plantas ſunt referenda.

2 Differunt porrò animata ab inanimatis propter animam, Quæ quidem cum nec harmonia ſit, nec temperies, neç numerus,ſubſtantia erit, Atque animantium forma,efficiens,& finis, Eius uerò ratio eſt, Actus corporis phyſici organici potentia uitam habentis, ſub qua definitione omnes animæ continentur.

3 Actum pro prima perfectione, Corpus pro toto animato, Vitam pro eſſe non pro operatione accipimus. Eſt enim uiuere animantibus eſſe.

4 Prima uerò perfectio analogice,non uniuoce eſt interprætanda,non enim omni animæ eſt aliquod commune genus, omnis tamen eſt à corpore inſeparabilis.

5 Et cum anima non ſolum ſit corporis forma, ſed eo quoque utatur ut inſtrumento, erit in animatis operationū principium, Poterit itaque definiri quod ſit principium quo uiuimus, ſentimus,& intelligimus.

6 Quæ ratio etſi demonſtrationis principium ſit,non tamen cum poſterioribus eſt arbitrandum propter quid reddere

dere ſuperius allatæ definitionis, cũ illa potius & prior & uerior ſit iudicanda, atque huius tanquam principiũ.

7 Cum uerò nec nobiliſsima, nec infima, & ignobiliſsima ſit anima plures habebit operationes, Quare plures potentias ſecundum ordinem ſe habentes ratione generationis, perfectionis, & obiecti, Quarum potentiarum quædam actiuæ, quædam paſsiuæ ſunt, Atque omnes tum actiuæ, tum paſsiuæ ab anima realiter non diſtinguuntur pace D. Thomæ, ſed ratione ſola ſeparãtur tum inter ſe, tum ab anima.

8 Quamuis pro corporis partium temperie diuerſas aptitudines quæ ſunt accidentia in diuerſis partibus eſſe contra ſubtiles ſit aſſerendum, Sunt porrò iſtæ aptitudines primis potentiis deſeruientes, hinc fit ut oculo non audiamus, nec aure uideamus.

9 Animam autem harum uirium, & facultatum deſeruientium in eodem ſubiecto cauſam uerè effectricem eſſe, aut illas ab ea fluere non exiſtimo, ſed cum ſint animam conſequentes, ipſas unà cum anima in eodem temporis inſtantia generante procreatas iudico, Atque ab anima in aliquo cauſarum genere non pendere.

10 Diſtinctio potentiarum animæ ſemper ſumi poteſt ab actibus, ſæpe ab obiectis, nõnunquam etiam à fine, Quæ omnes diſtinctiones à priori ſunt iudicandæ, Quare proceſſus ab obiectis ad operationes, & ab operationibus ad potentias eſt proceſſus à priori ſecũdum naturam, quicquid dicat Auerroes unà cum Themiſtio.

11 Quamuis etiam à poſteriori eſſe contra Alexandrum, & D. Thomam defendi poſsit. Actionis autem ſpecialis unitas ab obiecto, & facultatis pariter exoritur unitate.

12 Alterum animatorum principium eſt corpus, Quod quidem totum animæ gratia conditum eſt, & membra officiorum gratia conſtant, & munerum, ad quæ ſingula accommodantur, Quorum itaque actiones rerum aliarum gratia diſtributæ ſunt, Hæc etiam quorum ſunt actiones

eodem modo inter ſe differunt, quò actiones.

13 Sunt porrò corporis partes quædam ſimilares, quædam diſſimilares, Diſſimilarium ſunt operationes, quare inſtrumenta uocantur, Quæ quidem inſtrumenta ex ſimilaribus componuntur, atque ab eis ſimul iunctis non diſtinguuntur.

14 Nec ſimilarium, diſſimilarium, aut corporis formæ in animato ponendæ ſunt, quibus corpus pro anima ſuſcipienda idoneum reddatur, ſed omnia ab anima immediate informantur, Atque inter partes tum organicas tum ſimilares materialis ſolum, & accidentalis eſt diſtinctio.

15 Ex corpore uerò & anima unum per ſe fit, cuius ſunt operationes, Non enim animæ niſi ut principii actiones eſſe credendum eſt, Nec per ſe primò totum animatum anima informat, ſed ſecundario.

16 Primo autem eius præcipuam partem organicam, & per eam totum, Hæc pars primo uiuit, & ultimo moritur, Atque in animalibus ſanguinem adeptis eſt cor, in exanguibus quod cum huiuſmodi membro proportione conuenit, In ſtirpibus uerò quod medium eſt germinis, & radicis, Nec plura membra principalia in eodem eſſe poſſibile eſt.

17 In quo iſta pars reperitur, quæ eſt eſſentiæ origo illud habet animam, Ea uerò ablata reliquæ partes peribunt, Nec nos turbare debet quod in teſtudine experimur, quæ extracto corde mouetur. Hinc fit ut plantæ, & anuloſa animalia deciſa uiuant, in utraque enim parte præcipuum membrum ſeruatur, cum talia poteſtate nō actu plura contineant uitæ initia.

18 Nec in deciſione, contra Iuniores, aliqua anima acquiritur, aut aliqua fit generatio, ſed eadem anima quæ prius unum indiuiduum conſtituebat, nunc duo conſtituit, & poſtea manet in plantis, Nec eſt diſpoſitio ut poſt aliquod temporis interuallum alia anima adueniat, vt in-

quit Simplicius.
19 Corpus porrò animatum eſt quantum, Quare neceſſariò erit anima diuiſibilis, non igitur tota in qualibet parte, ſed tota in toto & pars in parte ſecundum quantitatem, ſecundum uerò eſſentiam & perfectionem & tota in toto eſt, & tota in qualibet parte, ſimiliter ſecundum facultates, nec tamen aliquid eſt fruſtra, Quid ſi ſecundum diuerſas uires in uariis organis ſitam eſſe, nec omnes potentias in eadem parte unà exiſtere defendo?
20 Huius animæ tres ſunt ſpecies, uegetatiua, ſenſitiua, & rationalis, præter quas nulla eſt animæ ſpecies ponenda, Omnium communisſima eſt uegetatiua, poſt eam ſenſitiua, in paucis autem reperta eſt rationalis, Quare uegetatiua à reliquis ſeparatur, ſenſitiua à rationali ſola, vt rationalis à nulla eſt ſeparabilis.
21 Vegetatiua anima cum neque cognoſcat, neque ad oppoſita moueat, ſed ſemper eodem modo, & omni conatu agat, inter naturales uirtutes non inepte à Galeno relata fuit, Quæ quoniam à fine unumquodque appellare par eſt, erit anima qua animatum gignere poteſt tale, quale ipſum eſt.
22 Eius præcipuum ſubiectum, & inſtrumentum in animalibus ſanguine præditis non eſt, pace Medicorum, Iecur, ſed Cor, à quo ut uenæ, ita etiam ſanguis originem trahit, Non ſolum ut à cauſa remota, ſed etiam ut à proxima, Quid ſi Iecur eſt proximum agens puri, & ueri ſanguinis, ut Medici ſunt opinati?
23 Cordis autem temperies non eſt calida & ſicca, vt Medici aſſeruerunt, Talis nanque cordis complexio maximo eſſet animalibus detrimento, Sed potius cum calore humorem coniunctum habere dicendum eſt, Quare à prædominio calidum & humidum eſſe, Neque abſimilem arbitror eſſe principalis membri tum ſtirpium, tum inſectorum temperiem.
24 Animantia etenim omnia natiuo calore uitæ opera exer-

cent, Qui quidem calor ſubſtantia eſt non qualitas, neque ex elementari & cœleſti calore compoſitus, vt doctiſſimi uiri aſſeruerunt, Atque ſpiritus nuncupatur, Qui nõ eſt corpus igneum, ſed ut recte opinatus eſt Ariſtoteles, ſanguis eſt tenuiſſimus in animalibus, qui cum ſit miſtus à prædominio calidus & humidus eſt.

25 Omnium tamen quæ in animato ſunt calidiſſimus cum calore bilem quoq; flauam ſuperet, & cor ipſum in animalibus, à quo procreatur, Caleſcit autem nõ ſolum ob cordis caliditatem, uerum etiam ob eiuſdem frequẽtem motionem, Hic ſpiritus unicus in animante eſt, non alius quidem uitalis, alius animalis, & ſecundum quoſdam etiam alius naturalis.

26 Mouetur porrò cor pulſus motu, qui ex contractione, & dilatatione conficitur, Atque ex ſpirituum generatione feruorem & ampullas efficientium excitatur, vt opinatus eſt Ariſtoteles, ſed cordis naturam conſequitur, Nec propterea eum ab anima ortum habere negamus.

27 Cum autem calor niſi frigore remittatur diutius permanere non poſſit, ad ipſorum uitam ſeruandam animata omnia refrigerium cupiunt, ſtirpes quidem, & quæ inſectorum imperfecta ſunt alimenti, & loci frigiditate releuantur, perfectiora uerò inſecta ex ſpiritu in ſepto parato uires aſſumunt, Quem ſpiritum quoties atterunt bombos illos elicidunt.

28 Animalibus uerò ſanguine præditis pulmones aut branchias natura conceſſit, At nemini utrunque, Pulmones quidem habentia aëre refrigerantur, Quæ uerò branchias habent per aquam frigoris beneficium ſumunt. Nec tamen branchias habẽtia, & aquatilia animalia pulmone præditis, & terreſtribus, Quoniam in elemento omnium frigidiſſimo uitam ducunt, & eo ad refrigerationem utuntur, calidiora eſſe cum priſcis Philoſophis credendum eſt, Frigidiora enim ſunt, ſiquidem locum unicuique conuenientem natura tribuit.

29 Reſpirant porrò animalia Pulmones habentia, Eſt enim ſpiratio motus pulmonis ab anima factus ob cordis refrigerium, Et quamuis ſit ab anima, non eſt tamen à uoluntate, Etſi remiſsius, aut liberius reſpirare in noſtra ſit uoluntate ſitum.

30 Componitur hic motus ex inſpiratione, atque expiratione, motibus quidem oppoſitis, & quiete interpolatis, Eſt autem inſpiratio cum aër externus intus ſuſcipitur, Expiratio uerò cum internus foras extruditur, Præcedit igitur inſpiratio expirationem, cuius oppoſitum ſenſiſſe uidetur Plato in Timæo, Qui temerè ſpirationem fieri aſſerit, cũ intraneus calor nimis calidus effectus ore exierit, qui uerò circumſtat per raras carnes ſimul ingreſſus ſit, atque emiſsi uicem ſupleuerit.

31 Attolluntur in inſpiratione pulmones, Mouens autẽ non eſt, ut opinor, cor dilatatum, ſed potius cum medicis exiſtimo eſſe thoracem à ſepto tranſuerſo elatum, Quare hic motus erit pulmonibus uiolentus, ſicut in expiratione depreſsio eſt naturalis.

32 Animati uerò complexio non ex pluribus principalibus membris inuicem comparatis exoritur, ſed qualis eſt cordis, uel principalis partis temperies, talem totius animati eſſe iudicandum eſt, nulla ceterorum membrorum habita ratione.

33 Quòd igitur octo ſint complexiones, quatuor compoſitæ, & quatuor ſimplices fieri non poteſt, cum ſimplices complexiones ne in miſtis quidem inanimatis concedi poſſint, compoſitæ uerò omnes inanimatis non reperiantur, ſed ſolum calida & humida.

34 Nec etiam datur temperies æqualis ad pondus, Etſi, ut opinor, id fuerit Galeno falsò aſcriptum, ſed neceſſariò aliæ qualitates alias ſuperant, Omnium uerò temperamentorum, illud eſt exactiſsimum quod ad qualitatum æqualitatem proxime accedit, plures autem æque temperatos ſimul eſſe reuera, non ſolum ſecundum ſenſum ni-

hil prohibet pace Auicennæ.

35 Complexionis autem excellentiam tactus,& mentis præſtantia ſequitur in hominibus, Non igitur melancholici ſapientes, niſi per accidens, Nec ſpiritum ſiccum per ſe ſequitur anima prudens, cum molles carne apti ſint mente.

36 Anima hæc uegetatiua ab opere nũquam ceſſat, cum eius ocium mors conſequatur, Nec tamen actum ſecundum eſſe non primum eſt aſſerendum, Eius tres ſunt facultates, Quæ ſubſtantiæ ſunt non accidentia, nutritiua, auctiua, & gignitiua.

37 Nutritiua autem reliquas uires natura præcedit, Nec eſt membrorum numero partita, vt opinatus eſt Albertus, Sed eadem eſt in ſingulis membris diſſeminata, Quãuis Alberti quoq; ſententiam Peripateticam eſſe defendam.

38 Huius nutritiuæ finis eſt animatum reſtaurando conſeruare, Operationes uerò ſunt,nutrimentum ex contrario ſimile efficere, membro illud apponere, & in naturam, atque membri ſubſtantiam conuertere,Quæ opera ui caloris naturalis perficit.

39 Vt autem commode perficiat non ſolum attractricem, retentricem, expultricem, & concoctricem facultates requirit, Verum etiam præter Medicorum ſententiam, Diſcretricem ponere cum Auerroe eſt rationabile, Diſputationis tamen gratia Medicorum quoque ſententiam tuebimur.

40 Alimentum uerò remotum ei oppoſitum eſt quod nutritur,nõ ſolum ſecundum qualitates & extrinſece, vt male Iuniores, ſed etiam intrinſece & ſecundum ſubſtantiam, Cum autem ſit oppoſitum calor naturalis in illud agens repatietur, Quid ſi, vt inquit Ariſtoteles, non repatitur?

41 A quo tandem alimentum ſimile efficitur, & tunc ultimũ alimentum uocatur, Quod quidem in ſanguine prædictis ſanguis eſt contra Iuniores, Etſi non eſſe ſanguinem,

ſed partem membro aggeneratam defendi poſſit, Quid enim prohibet membro illam ſimilem eſſe?

42 Sanguis autem per ſe, & naturali temperie frigidus eſt, & humidus, per accidens uerò calidus, quem quidem calorem à iecore & à corde contraxit, & eſt ei præter naturalis.

43 Non igitur ex quatuor primis humoribus, vt dicunt Medici, aut ex ſecundis animalia nutriuntur, Quæ nec etiã tempore famis pituita ali poſſunt, quicquid dicat Auicenna; ſiquidem præter unum ſanguinem, qui ſimplex eſt, non ex uariis humoribus commiſtus, humores alii ut pituita flaua & atra bilis ſint præter naturam & ſanguinis excrementa.

44 Tantum enim abeſt ut animalium ſtatui, & naturæ deſeruiant, ut ei in quacunque etiam proportione noceant, Sanguine porrò membra omnia nutriuntur, Etſi omnibus non ſit ſimilis, ſimili autem omnia ali debeant, Inſecta uerò unico humore nutriuntur ſanguini proportionali, Sicut ſtirpes ſucco, qui cum his proportione conuenit.

45 Hunc uerò ſanguinem incorruptum in uiuente manere falſò, ni fallor, Medici aſſeruerunt, Siquidem putreſcat, & utraque quidem bile facilius, Quare è uenis medicamentorum ui extrahi poteſt.

46 Nutritiuam auctiua ſequitur facultas, Cuius finis eſt animatum in debita magnitudine conſtituere, ut perfectas ualeat exercere operationes, Quem finem per alimenti quantitatem conſequitur, qua uiuentis quantitatem adauget, Quare ab altrice ratione ſola diſtinguetur, vt auctio à nutritione.

47 Poſtrema uerò & præſtantiſſima uegetatiuæ uis eſt genitrix facultas, Quam falſo dixit Auicenna eſſe animæ uim, Quæ partem corporis in qua fuerit in potentia ſimilem accipiat, & aliorum corporum materiam ſibi cõmiſtam ſuo corpori actu conſimilem reddat, Neque eo

rectius dixere recentiores eſſe uim, quæ ex ſui corporis materia ſemen quod eſt proximum generationis principium efficit.

48 Optime uero ni fallor, dicemus eſſe animæ uim, qua uiuentia ſibi ſimile in ſpecie procreant, hæc non ſolum in maribus, ſed etiam in fœminis reperitur, Quæ à maribus ſpecie, aut forma non differunt, ſed materia.

49 Non tamen ad generationem actiue fœminæ cócurrunt, ſed paſſiue ſolum pace Medicorum, Illarum igitur uis gignitiua eſt facultas quæ generationis materiam præbet, Marium autem quæ agens largitur.

50 Præbent mares agens largiendo ſemen, Quod uicem gerit agentis, & fœminæ materiam diſponit pro uiuentis generatione, Quod ſemen nec alimentum eſt, nec colliquamentum, nec corporis aliqua particula.

51 Sed ex poſtremi, & utilis alimenti excremento à gignitiua facultate ui caloris effectum, ac formatiuam in ſeipſo facultatem continens, Quare ex ſemine nulla uiuentis particula conſtat, quicquid Medici dicant.

52 Cum omnes ex menſtruo ſanguine conficiantur, Gignendi autem uis, quamuis, ut reliquæ omnes, ſit in corde, tamen in maſculis ei ſubſeruiens, & ſemen concoquens in teſtibus reperitur pace Ariſtotelis dixerim.

53 Cuius quoque ſententiam tuebimur, atque eam in inuolutis meatibus reſidere, Teſtes uero generationi commoditatem præbere, & ſine illis generare animal poſſe aſſeremus.

54 Sanguis autem menſtruus eſt ueluti ſemen inconcoctum, Quare ex illo temere inferebant ueteres Philoſophi fœminas maribus eſſe calidiores, Cum illud ſit potius earũ frigiditatis teſtimonium, Sunt igitur fœminæ maſculis frigidiores.

55 Quod uero in generatione primó efficitur, cor eſt, poſt ipſum iecur, Deinde cerebrum, quicquid Medici dixerint, Atq; hæc dicta ſint de perfectioribus animalibus, Nam imper-

imperfectiorum, atque etiam plantarum generationes perſequi nimis longum eſſet.

56 Quarum plantarum ſemina mēſtruo proportione reſpondent, non ſemini animalium, Inſunt autem non ſolum animalibus uerum etiam plantis duæ loci differentiæ, nō quidem poſitura ſolum, ſed opere diſterminatæ ſummū & imum, Bipeda quidem animalia ſummum habent ad id quod in uniuerſo eſt ſummum, Multipeda uerò & apoda ad medium, ſtirpes autem ad imum.

57 Verum cum omnia interitui obnoxia ætates habere uideantur maxime proprie illas habent animantia, Eſt quidem ætas uiuentium æui pars iuſta, Aetates uerò numero non ſunt ſeptem, vt Aſtrologi planetis illas adaptantes dixerunt, Nec quatuor, ut Medici, ſed tres ſolum, iuuentus, ſenectus, & ſtatus ſiue uirilitas, quæ neceſſario inter iuuentutem, & ſenectutem media eſt collocanda.

58 Senectutem mors conſequitur, Quæ eſt uitæ priuatio, cuius uitæ diuturnitas temperiei præſtantiam comitatur, ſicut breuitas illam ſequitur temperiem, Quæ cum caloris, & humoris parum contineat, ſi optimæ comparetur, frigida, & ſicca non immerito dicetur.

59 Calidam uerò & humidam nimis vel ad ſiccitatem immodice accedentem temperiem nec longiſſima, neq; item breuiſſima uita conſequitur, ſed inter iſtas media, Ad uitæ diuturnitatem confert humoris tenacitas, ſicuti breuitatis eſt cauſa humor congelaſcens, & deſiccationi paratus.

60 Quam uitam dum animantia degunt, ſanitate ut plurimū fruuntur, morbis etiam quādoq; laborant, Eſt autem ſanitas uiuentis ratione corporis bonus, & naturalis ſtatus, Quæ, cum quantitate, qualitate, & ſitu præditum ſit corpus, in numero, continuitate, magnitudine, figura, tēperie, & ſitu naturali conſiſtet.

61 Ei opponitur ægritudo quæ eſt ſanitatis priuatio, Aegri-

tudinum plures ſunt,& fere innumerabiles ſpecies, Vnica autem ſanitas, Etſi plures particulares,atq; innominatas ſanitates eſſe ſingulis morbis reſpondentes,vt opinatus eſt Auerroes, nihil prohibeat.

62 Inter ſanitatem, & morbum non datur neutralitas, pace Medicorum, cum inter priuationem, & habitum nullum ſit medium,omnia igitur corpora ſalubria uel inſalubria erunt.

63 Vt autem ſanitas conſeruaretur, & morbi expellerentur in hominibus præſertim inuenta fuit medicina,Quæ nõ eſt ſcientia, neque facultas vt Alexander in Topicis, & Euſtratius in Ethicis ſentire uidentur,Qui facultatem nõ ſolum Dialecticæ,& Rhetoricæ ſed medicinæ quoq;, & arti gubernandi naues cõmunem eſſe falſò ſunt opinati.

64 Rectius dicemus illam artem eſſe,cum ſit practica, Nec aliqua ex parte Theorica, quicquid communiter à Mediciis exiſtimetur.

65 Et quamuis ſit factiuá, non tamen eſt mechanica,vt aſſerere uidetur Auerroes, cum Mathematicis ſubiecta, & ſub alternata non ſit, ſed naturali ſcientiæ.

66 Quid autem ipſa ſit inuolute, & uulgariter, ni fallor ab Hippocrate,Theofilo, Auicenna, & Auerroe traditum fuit, cum nihil aliud ſit quàm ars ſalubrium.

67 Eius autem finis non ſunt bonæ operationes, vt in libris Methodi medendi Galenus aſſeruit, Quæ potius ſunt ciuilis facultatis fines, cui ut Architectonicæ medicina deſeruit, Nec eorum quæ ad ſanitatem pertinent nihil prætermittere erit eius finis, vt uult Auerroes.

68 Cum illud potius ſit officium, finis autem ſanitas, Quam Medicus per ſe, & primò efficit cum eſt deperdita, non natura, vt Medicus ſit ſolum miniſter, quod male aſſerit Galenus.

69 Subiectum autem eſt corpus humanum, At inſtrumenta ſunt medicamenta, quæ plura ac diuerſa ſunt, Nec ſingula perſequi nobis eſt in animo.

70 Ceterum ſermonem noſtrum á uegetatiua ad ſenſitiuam animam iam conuertamus, Quæ inter uegetatiuam, & rationalem ueluti decētisſimum uinculum reſidet, Atq; infimum eſt cognitionis gradum ſortita, Hæc á uegetali nunquam ſeparatur ſed illam cōtinet,ut quadrangulum triangulum continere dſcitur.

71 Continet inquam poteſtate;Non quód in actu adſit uegetatiua & duæ ſint animæ actu diſtinctæ,vt doctisſimi uiri ſunt opinati.

72 Eſt autem anima ſenſitiua animalium forma, Atque eius ratio eſt principium cognoſcendi ſingularia ſenſibilia,& materialia, Cognoſcit quidem per ſe naturam ſenſibilium, per accidens uero hoc uel illud ſenſibile, finis porró communis ſenſuum eſt ſalus animalium, At ſenſus hominis peculiaris finis eſt rerum cognitio,& intellectus obſequium.

73 Subiectum ſenſus, atque principium in animalibus ſanguine præditis eſt cor, non cerebrum, In reliquis illi proportionale, Quod etiam principium eſt inſtrumentorum ſenſuum, quamuis aliter Medici ſint opinati.

74 Singularia autem ſenſibilia apprehendere ſenſus non poſſet, atque illa cognoſcere, niſi eorum rationes in illo eſſent, Eſt itaque ſenſus ratio atque exemplar ſenſibilium, Nec tamen ipſum in actu eſſe credendum eſt,cum in potentia ſit ad ſenſibilia ſuſcipienda, & ab illis neceſſario moueatur.

75 Non poteſt autem ob ipſius præſtantiam ab obiectis moueri,niſi medium intercedat quod obiectorum ſpecies referat; ſenſibili nanque ſenſui appoſito nulla fit ſenſatio, Quomodo uero medium ſpecies, atque rerum ſimilitudines deferre ualeat,maxima eſt difficultas.

76 Si enim reales fuerint, in eodem quomodo erunt contraria, & plura eiuſdem ſpeciei accidentia? Si ſpirituales cur in ſubiecto ſunt, & diuiſibiles? Opinor ego nihil aliud nobis ſignificare medium rerum ſimilitudines de-

ferre, quàm per eam naturam, qua eſt medium, illas referre, ac repræſentare tanquam rationes in ipſo exiſtentes, atq; naturã illam more Vertumni in diuerſas facies commutari, cum tamen non deſtruatur, nec ab aliquo quidpiam accipiat.

77 Non igitur ab obiecto profluunt ſpecies, nec ab illo generantur, ſed medium obiecti præſentia excitatum internaquadam, & metaphorica genitura illas procreat, vel ut uerius loquar refert in eo tanquam in exemplari relucentes, non enim aliquo modo, aut ab aliquo ſpecies illæ gignuntur.

78 Neque in medio formaliter exiſtunt, Quod autem ad infinitum ſpatium non effundantur, ea non eſt ratio, quia ab obiectis proprios fines ſuſceperint, ſed quia medii natura finita eſt, atque ſuis actionibus terminos præſcribit.

79 Innumerabiles uerò, aut plures eſſe eiuſdem rei imagines in medio, vt quidam imaginantur fieri non poteſt; Sed una ſola eſt, atque continua ab obiecto uſque ad ſenſorium, non tamen indiuiſibilis.

80 Longitudinem nanque, latitudinem, & profunditatem, habet non ſolum per accidens, ſed etiam per ſe; Et quamuis ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, partẽ tamen parti, & totum toti coëxtendi eſt arbitrandum.

81 Diſsimilium porro natura obiectorum, aut ſimilium ſpecies in medio unam & eandem eſſe impoſsibile eſt, ſed neceſſario tot ſunt quot obiecta non ſolum ſecundum diuerſas referendi conditiones, vt quidam uoluerunt; ſed ſecundum ſeipſas, Contraria enim aut duo eiuſdem ſpeciei accidentia in eadem medii particula acta hoc modo eſſe nihil prohibet.

82 Ab obiectis itaq; per has rerum ſimilitudines ſenſoria mouentur, Etſi non ſit is uerè motus, nec paſsio, non enim alterantur, nec in ipſis quicquam ab obiectis procreatur, ſed excitantur ſolum, & ui propria ſpecies promunt.

83 Neceſſarius eſt igitur ſenſus agens pace Alberti & D.

Thomæ, Atq; Platonis,& Plotini ſententia aſſerentium ſenſus agentes eſſe, nec aliquid pati non erit à Peripatetica doctrina aliena.

84 Qui tamen ſenſus agens non eſt intellectus ſiue ſubſtantia aliqua extranea, & ſeparata, Nec à patiente ſubſtantia diſtinctus, vt opinatus eſt Gandauenſis, ſed idem eſt ſubiecto atque ſubſtantia, quod patiens, ratione ſola ſeiunctus.

85 Senſus enim ut ſenſorium effingit, atque in eſſe conſtituit, patiens eſt atque recipiens, vt uerò inſtrumento utitur agens eſt, Qui in ſe manet, ac rerum perfectiones continet, Nihil tamen ſentit niſi patiens ab obiecto excitetur.

86 Huius porrò munus eſt non ſolum de ſenſibilibus iudiciū ferre, quod communiter exiſtimatur, ſed eorum quoque ſimilitudines patienti ſenſui præbere, Atque illas in actu ponere cum prius eſſent in potentia, Erunt igitur in ſenſu potentia paſſiua, actiua, atque obiectiua ratione non re inter ſe diſtinctæ.

87 Sunt autem ſpecies in ſenſorio ſentiente, vt ſunt in medio deferente, Quare quæcunque de illis, vt ſunt in mediis diximus, ea omnia de iiſdem in ſenſorio poſitis dicenda putamus.

88 Præter obiecta media quoque, quod maxime eſt, ni fallor, animaduertendum, cum ſint ſenſibilia, à ſenſibus percipi eſt neceſſe, Non tamen per alia media, immediate.n. ſui ſpeciem in ſenſorio excitant.

89 Non eſt porrò credendum ea quæ ſentiuntur eſſe rerum imagines, Siquidem illæ ſunt rationes cognoſcendi, cognita uerò ſunt obiecta, & media, Quæ quidem plura vt plura ab eodem ſenſu, atque eodem tempore cognoſci nihil prohibet.

90 Priuationes uerò percipit ſenſus non per proprias ſpecies, vt Simplicius atque Themiſtius crediderunt, cum nullā illæ ualeant ſui ſimilitudinem in medio excitare, ſed per oppoſitos habitus, Nec propterea ſequitur, vt opinor,

In ſenſu eſſe diſcurſum.

Senſationes præterea ſenſus omnes percipiunt, Et quod nouum uidebitur, ſeipſos quoque ſentiunt, non quidem reflexè, aut per operationes, ſed per proprias eſſentias.

91 Senſuum porrò quidam interni ſunt, quidam externi, inter quos illud eſt diſcrimen afferendum, quod ſenſibilia primo ab externis comprehenduntur, mox ab internis, De exterioribus igitur ſenſibus vt nunciis, atque exploratoribus primo eſt agendum.

92 Qui præſentia ſolum obiecta percipiunt, cum rerum nequeant reſeruare imagines, Quid ſi abſentia quoq; ſentire, atq; illorum ſpecies in ſeipſis ſeruare defendo?

93 Hi quinque ſunt numerò, viſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus, Nec plures excogitari poſſunt, cum plura etiã non ſint ſenſibilia, ſex tamen illos eſſe diſputationis gratia quoq; tuebimur, omnes uerò in ſingulis animalibus neceſſario non requiruntur.

94 Sunt autem horum ſenſuum obiecta quædam propria, quædam communia, & quædam per accidens, Propriũ uoco quod uno duntaxat ſenſu percipitur, Atque propriorum exactior habetur cognitio, Quid ſi communia certius percipiantur?

95 Interdum enim nonnullorum pace, circa propria obiecta ſenſus decipiuntur, Qui tamen ſi ſani fuerint, & ualentes, ſi obiectum in debita ſit diſtantia ſitum, ſi deniq; medium vniforme fuerit, ac bene diſpoſitum circa ea nunquam continget error.

96 Præter quas tres conditiones à Græcis excogitatas quartam à poſterioribus additam ſenſilis. ſ. debitam magnitudinem, et certam qualitatem ſuperuacaneam exiſtimo, Quibus conditionibus ſeruatis, etſi rarò circa communia obiecta ſenſus decipiantur, nonnunquam tamen falli non eſt inficias eundum.

97 Ceterum communia ſenſibilia à ſenſu communi ſolum non percipiuntur, vt nonnulli crediderunt, Nec aliqua

á ſenſu communi,aliqua ab exterioribus ſenſibus,vt alii dixere, verum omnia ab externis ſenſibus ſentiuntur.

98 Non quidẽ per ſpecies propriorũ pace Philoponi,ſed per eorum ſimilitudines,quas in medio, & in ſenſorio excitant, Quamuis non primo, ſed ſecundario poſt. ſ. propria cognoſcantur,S ſenſibilia autem communia nuncupantur non eò quia eorum iudices ſint omnes ſenſus,ſed quia plures.

99 Hæc quinque numero ſunt,magnitudo,numerus, figura, motus, & quies, Rectius tamen, ni fallor, præter Ariſtotelis placita quatuor ſolum eſſe dicendum eſt, cum quies uerè non ſit commune ſenſibile, Quod ſi quintum ſenſibile addẽdum eſt,ut certe eſt, vnitatẽ illud eſſe exiſtimo.

100 Quinimo ut ego opinor,addendum eſt etiam ſextum cõmune ſenſibile,Quod eſt vbi,non enim comprehẽditur á uiſu ex remotione,& ex parte uniuerſi,& ex quantitate remotionis auxilio uirtutis diſtinctiuæ, vt inquit Vitellio, ſed per propriam ſpeciem.

101 Magnitudinis autem ſpecies non eſt qualitas, ſed quantitas, ſimiliter numeri, Quas imagines qualitates quoque eſſe tuebimur.

102 Percipitur quidem magnitudo non ſolum á uiſu, & á tactu, quod opinatus eſt Auerroes,ſed etiam pace eius ab auditu, Motus uerò omnis ſenſu percipitur,Etſi motum inſenſibilẽ in natura reperiri meo periculo tueri non uerear, At ſenſibilia per accidens ſui ſpeciem non excitãt, Neque á ſenſibus externis uerè percipiuntur.

SECTIO SEPTIMA

DE ANIMALIBVS QVO AD ſingulas tum externas tum internas ſenſuum facultates.

1 INter omnes Porrò externas ſenſuum uires, perfectione excellit uiſiua, Quæ etiam certior eſt, Et ad ſcientiā, atque prudentiam magis opportuna, & neceſſaria quàm Auditus, cum plurimas rerū differentias nobis oſtendat.

2 Eſt autem uiſus ratio uiſibilium, Cuius ſubiectum atque inſtrumentum primum cor eſt, Secundarium uerò oculus, Totus inquam oculus non eius pars aliqua, Etſi uiſio tunc fiat cum ſpecies eſt in humore glaciali, non autem in aranea, aut in neruis opticis.

3 Qui etſi diſiuncti permanerent, adhuc unum vt unum appareret, Nec pro duobus acciperetur, vt communiter exiſtimatur, Alia nanque eorum connexionis ratio fuit, In quibus diſputationis gratia præter Ariſtotelis ſententiam uiſionem fieri tuebimur, quod aſſerere uiſus eſt Auicenna.

4 Viſus obiecta ſunt colores, luces, & quædam in tenebris fulgentia, vt cornu, capita piſcium, & huiuſmodi, Quæ omnia cum plura ſint, plures quoq; potentias uiſum eſſe dicendum eſt, Quem tamen unicam etiam potentiam eſſe tuebimur.

5 Eſt autem color per ſe uiſibilis non beneficio luminis, A quo ſolum habet ut actu moueat, & uideatur, cum ſine medio uideri nequeat pace Democriti.

6 Quod medium eſt Diaphanum, Erit itaq; color motiuus actu diaphani, Diaphani autem actus lumē eſt, Quod nō eſt ſubſtantia abſtracta, nec corpus, aut corporis effluxus, vt ueteres crediderūt, Sed nec etiam eſt intentio, & lucis imago, aut ita intentio quòd etiam ſit res, vt uiſus eſt credidiſſe Scotus.

7 Sed eſt accidens reále ex potentia materiæ eductum, Non tamen ſucceſsiue, ſed in inſtanti, cum uniuerſum à corpore lucido primò mouente oriatur, Eſt igitur illuminatio momentanea, Quid ſi eam in tempore eſſe defendo? Atque illuminatio eſt iudicanda alteratio, Quid ſi non eſt alteratio?

8 Eſt igitur lumen in ſubiecto puta in aëre non autem potius aër in ipſo, vt grauisſimi uiri aſſeruerunt, Plura autem lumina à diuerſis lucidis corporibus emanantia indiſtincta medium penetrant, & commiſcentur, ac ſe inuicem augentes unum numero euadunt pace Vitellionis.

9 Eſt lumen cauſa caloris, cum ipſum calidum non exiſtat, maxime autem calefacit cum reflectitur tunc enim augetur, Quæ reflexio fit à corpore luminis diffuſiuo in effuſione obſtaculum inueniente, & lumen augente, cum illud longius effundere prohibeatur.

10 Quod lumen inter uiſus obiecta non eſt cõnumerandum, cum tamen uideatur, & per ſpeciem quidem propriam in ſenſorio excitatam, In medio autem nullam ſui excitat imaginem, ſed ſupra ſenſorium poſitum ſenſationis eſt occaſio & cauſa.

11 Ei opponuntur tenebræ, quarum nulla alia natura, quam priuationis, Nec per ſe, & per propriam ſpeciem uideri poſſunt, quicquid Themiſtius atq; Simplicius dixerint, ſed per lumen eis oppoſitum aſpiciuntur, nec propterea in ſenſu diſcurſum ponimus.

12 Cum autem uiſio fieri non posſit per extramisſionem, vt Pythagoras, & Plato crediderunt, quos ſecuti ſunt ueteres Perſpectiui, Neque per corporeorum idolorum incurſionem, atque in oculos ingreſſum, cuius ſententiæ auctor fuit Democritus per ſpiritalium imaginum impulſum fieri neceſſe erit, Neque cum Peripatetica Platonis ſententiam conuenire poſſe exiſtimo.

13 Quare ſpecies colorum in medio apparere atque oriri neceſſe eſt, Quæ à lumine realiter nõ diſtinguuntur, ipſum

enim lumen natura eſt aptum ad quoſcunq; colores refe rendos, cum eorum rationes in ſeipſo contineat.

14 Deferũtur igitur colores per diaphanum actu ad ſenſoriũ uiſus, In quorum uiſione, & quãtitatum, ac reliquorum uiſibilium tum propriorum tum communium cognoſcenda decepti fuerunt, ni fallor, omnes Perſpectiui, Atq; eorum demonſtrationes per quas apparentium rationes reddunt, inanes omnes, & falſæ ſunt.

15 Demonſtrationes inquam omnium Perſpectiuorum, non ſolum eorum qui per extra miſsionem res aſpici opinãtur, Sed Vitellionis quoq; qui per intus ſuſceptionem uiſionem fieri cum Peripateticis exiſtimauit, Concluſiones præterea, ac Theoremata, etſi uerum ex falſis colligi quandoque poſsit magna ex parte falſa ſunt, Nec rationi ſolum, ſed ſenſui quoque aduerſantia.

Vitellio habet huius oppoſitum in 18. tertij

16 Nullius enim formæ uiſibilis diſtincta uiſio fit ſecundum pyramidem, cuius uertex ſit in centro oculi, baſis uerò in ſuperficie rei uiſæ, Cum ſecundum hanc figuram uiſibilia ſpecies non producant.

Ibidẽ oppoſitum.

17 Ex quo patet nullum eorum quæ aſpiciuntur ſub angulo uideri, Neque in oculo pyramidem radialem eſſe, Etſi inter quodlibet punctum rei uiſæ, & aliquod ſuperficiei uiſus punctum produci poſſe lineas rectas neceſſe ſit.

18 Vt enim obiectum oculum moueat neceſſe eſt ex aduerſo cõſtitui ipſi uiſui, Quid ſi non eſt neceſſe? Videtur autem primò totum, quàm partes, non per partes totum, ut imaginatus eſt Euclides.

In 48. oppoſitum. *In 49. oppoſitum.*

19 Sed et aliquod uiſorum ſimul totum æqualiter uideri poſſibile eſt. Plura quin etiam ſimul uideri poſsibile eſt atque æqualiter etſi earum rerum exacta habeatur uiſio, inter quas, & oculum perpendiculares lineæ protrahi poſſunt.

In 52. oppoſitum.

20 Omnis enim uiſio fit aut per aſpectum ſimplicem, aut per diligentem intuitum, Aſpectus quidem ſimplex fit per quamlibet in oculo imaginis receptionem, Diligens ue-

rò intuitus ſolum per minimas partes humorem glacia-
lem perpendiculariter mouentes.

21 Viſio quæ fit per ſimplicem aſpectum momentanea eſt,
Quæ uerò per intuitum temporanea, Quid ſi in inſtanti
fieri defendo?

22 Aequalium autem uiſilium inæqualiter à uiſu diſtantium *In 15.*
æquali intuitu uiſorum, propinquioris certiorem eſſe nõ *quarti op*
eſt neceſſe. *poſitum.*

23 Inter obiecta communia à uiſu perceptibilia eſt magnitu-
do, Quæ non comprehenditur à uiſu ſecundum ſuperfi- *In 17.op*
ciem uiſus ad quam peruenit forma rei, & anguli ſolidi *poſitum.*
in oculo, ſed ſecundum ſpeciem quæ in oculo recipitur,
Quæ ſpecies parua an magna ſit nihil refert.

24 Omnia igitur uiſa ſub eodem angulo, vel per æqualem *In 19.et*
ſpeciem ſi fuerint in debita diſtantia, Quorum diſtantia *20.oppo.*
ad inuicem à uiſu non perpenditur, æqualia non uiden-
tur, Nec quod ſub maiori angulo, aut per maiorem ſpe-
ciem uidetur maius apparet, Nec quod ſub minori, aut
per minorem minus.

25 Vera igitur quantitas à uiſu percipitur abſq; auxilio uir- *In 27.op*
tutis diſtinctiuæ, Aliud uerò cõmune ſenſibile eſt figura, *poſitum.*
Quæ per ſui ſimilitudinem uidetur.

26 Non igitur figura circularis comprehenditur à uiſu ex cir *In 46.op*
cularitate formæ rei in ſuperficie oculi deſcriptæ, ſed *poſitum.*
per circuli imaginem, Nec figura recta à uiſu percipie-
tur ex ſuorum terminorum comprehenſione, ſed ex ſui
ſimilitudine.

27 Simpliciter planities, conuexitas, & curuitas ex illarum *In 47.*
imaginibus comprehenduntur non ex remotione æqua *48.et 49*
litatis, aut inæqualitatis remotionis partium, & ſimili- *oppoſitũ.*
tudinis, aut diſſimilitudinis ordinationis ipſarum.

28 Centro autem foraminis uueæ, & circumferentia circuli *In 50.op*
in eadem ſuperficie exiſtentibus circumferentia ad ali- *poſitum.*
quam rectitudinem accedere non ſemper uidetur.

29 Quod ſi ſpheræ à remotiſſimo uiſæ ſuperficies cõuexa, uel

In 65. op positum. concaua uidetur plana, non ea eſt ratio quam Perſpe tiui tradunt, ſed illa, ni fallor, eſt cauſa, quod extra debitam diſtantiam figura poſita ob motionis imbecillitatẽ ſpeciem continuò minus circularem neceſſario excitat, et tandem planam.

In 67. op poſitum. 30 Sphæræ autem illuminatæ conuexæ approximante uiſu minus ſuperficiei ſphæræ uidetur, Quaſi autem magis uideatur non ſemper apparet, Idem dicendum de concaua ſuperficie, atque de cilindro.

In 100 101. & alijs op poſitum. 31 Motus ad hæc, numerus, vnitas, atque vbi à uiſu per pro prias ſpecies percipiuntur, Nec præterea quippiam aſpi citur, Interuallum igitur, nec ut obiectũ, nec vt priuatio uidetur, quicquid nonnulli dicant, ſed per accidens.

32 Sed ut plura alia Perſpectiuorum errata, & præſertim Vi tellionis, qui omnium optimus eſt, & minus errauit, bre uiter perſtringam, In tertio Vitellionis libro, 27. Theorema reprehendo, atque omnia à 29. ad 47. incluſiue, ad hæc 53. 54. 61. & 73.

33 In 4. uerò libro 7. 11. 23. 24. 35. 81. 82. 90. 91. 92. 93. 94. 104. 105. 117. 118. 119. 120. 133. 142. Theo remata accuſanda cenſeo.

34 Hic eſt unus uerus, & maximè ſimplex uiſionis modus. Alius uerò eſt per reflexionem imaginũ à ſpeculo, Quæ reflexio neceſſario fit ſecundum angulum æqualem angulo incidentiæ, Atq; in hoc uidendi modo ſemper aliquis contingit error.

35 Non eſt porrò imago in ſpeculo ſolum cauſa, & ratio uidendi ſed eſt quoque uiſa, Non tamen primò, vt doctiſſimi uiri crediderunt, ſed ſecundario, primò autem uide tur obiectum, cuius illa eſt ſimilitudo.

36 Speculorum uerò regularium à quibus regularis fit reflexio ſeptem genera ſunt, nec plura, planum, conuexum ſphæricum, conuexum columnare, & conuexum pyramidale, concauum ſphæricum, concauum columnare, & concauum pyramidale, Quorum ſpeculorum multi

plices paſſiones, atque innumeri effectus ſunt breuitatis cauſa ſilentio prætereundi.

37 Tertius uiſionis modus fit per imaginum fractionem, quæ á reflexione diſtinguitur, Quia ex eadem parte eſt obiectum & uiſus in reflexione, ſpeculum uero ex aduerſo loco, At in fractione ſpeculum medium eſt inter obiectum & uiſum, ſecundo differũt quia reflexio per æquales angulos ſemper fit, Fractio etiam per inæquales, Tertia uero differentia quam tradit Olympiodorus quod in reflexione obiectum ſemper minus, in fractione maius appareat, eius pace, non eſt uniuerſaliter uera.

38 Frãgitur autem imago ob medii difformitatem, cum pars medii eſt alia denſior, vt aqua aëre, Atque in hoc etiam uiſionis modo ſemper contingit error.

39 Sed præter hanc medii inæqualitatem ſecundum denſitatem & raritatem, alia eſt eiuſdem medii difformitas per ſpectiuis omnibus, quorum opera extant, ni fallor, ignota, Hæc eſt ſecundum lumen, & tenebras, In medio nanque inæqualiter illuminato obiecti imago uariatur, maior & minor apparet, ac diuerſimode frangitur.

40 Inter omnia porro animalia homo uiſus præſtantia excellit, Viſilium nanque differentias optime noſcit, licet plura animalia eo longius proſpiciant, Quod propter ſitum, & configurationem oculorum euenire credendum eſt.

41 Deterrimi uero uiſus eſt talpa, Quam tamen omnino cæcam eſſe non eſt arbitrandum, Cum ſecundum locum moueatur & oculos ei natura non denegarit.

42 Hæc hactenus de viſu, Ad quem proxime accedit auditus ad ſcientiam, ac rerum cognitionem comparandam peropportunus, Quare ſurdi cæcis ſunt imperitiores, Quid ſi ſunt peritiores? Auditus enim orationem non percipit.

43 Eſt autem auditus ratio eorum quæ audiri poſſunt, Cuius ſubiectum atque inſtrumentum primum eſt cor, ſe-

cundarium uerò auris, Tota inquam auris, non eius pars aliqua.

44 Etſi tunc fiat auditio cum imago eſt non in membrana, aut in neruis, aut in ſpiritu auditiuo in eis contento, vt credidit Philoponus, ſed in aëre connato membranam attingente, Qui animatus eſt.

45 Auditus obiectum proprium eſt ſonus, Qui non eſt percuſſio, neq; eſt in corporibus percuſsis, aut percutientibus, Eius ratio eſt paſſio ſequens motum medii, quod prohibetur diſſolui ex uehementi corporum ſolidorum inter ſe, & ad medium ictu.

46 Neceſſe eſt igitur motum eſſe uelocem, corpora collidentia dura, leuia, plana, uel concaua eſſe, vt ſonus fieri poſſit, Qui eſt in aëre ut in ſubiecto, Nec ſolum in aëre, vt opinatus eſt Philoponus, uerum etiam in aqua.

47 Fit uerò ſucceſsiue cum motum conſequatur (quicquid multi dixerint) Atque eius differentiæ ſecundum tria accipi poſſunt tonum, magnitudinem, & tempus; Tonus quidem eſt ſoni magnitudo corporum ſonatiuorum, atque aëris expulſi magnitudinem ſequens.

48 Is in grauitatem, & acumen partitur ſoni primas differentias, Quæ quãtitatis potius, quàm qualitatis modum in ſonis habere uidentur, pace Ariſtoxeni, à quo non uidetur diſſentire Ariſtoteles.

49 Qui falsò, ni fallor, aſſeruit grauem ſonum prodire cum mouens motum uix ſuperat, vnde tardus proueniat motus, Acutum uerò cum ex mouentis exceſſu uelox fit motus, Boëthio quoque non aſſentior, qui acutum ſonum fieri ait, cum uelocior eſt motus, & aër à corpore ſonatiuo ſæpius agitatus, vt cum neruus percuſſus eundo, atq; redeundo ſæpe ſæpius aërem ferit, grauem uerò cum tardior eſt motus, atque rarior.

50 Quinimò potius arbitror eſſe dicendum grauem eſſe ſonum maioris extenſionis ſequentem motum maiorum corporum, Acutum uerò ſonum minoris extẽſionis, Cũ

experientia doceat maiora corpora grauius reſonare,minora acutius.

51 Habet tonus ut reliquæ magnitudines numerum numerabilem, ratione cuius partiri poteſt, Pars autem in quam ſæpe ſæpius partitur,& eſt ratione noſtri,aliarum menſura ab eo nomen accepit, & Tonus uocatur inter octo & nouem poſitus, Qui in duo ſemitonia æqualia partiri non poteſt, quicquid dixerit Ariſtoxenus auribus nimis indulgens,quem ſequitur Pſellus.

52 Rectius Philolaus in ſemitonium, & apotomen eum diuiſit ſiue in duo ſemitonia minora,atque comma, Ex commate enim & duobus ſemitoniis Tonus completur,Qui octo commata excedit à nouem ſuperatur, vt ſemitomium à quatuor cum tria ſuperet.

53 Soni igitur cum quantitatem habeant,ſecundum grauitatem & acutiem æquales uel inæquales erunt. Hæc enim melior mihi uidetur ſonorũ diuiſio, quàm ea Pythagoreorum, aut Ptolemæi, Inæquales autem cum numerentur proportionem habere poterunt inter ſe.

54 Quare proportio erit in ſonis ratione numeri ex diuiſione toni ſiue grauitatis, & acuminis progeniti, Non ex numero motuum,vt uidetur uoluiſſe Boëthius, Qui quemlibet ſonum ex pluribus ſonis componebat, Nec quia corpus ſonorum ſit in numeros diuiſum, vt Iuniores dixerunt.

55 Ex his porrò ſonorum proportionibus conſonantiæ plurimæ oriuntur,inter quas perfectisſima eſt diapaſon, Singulas uerò perſequi nimis longum eſſet,atque etiam tetrachordi diuiſiones inquirere ſecundum unumquodq; genus, Tria etenim ſunt Muſices genera, Diatonicum, Cromaticum,& Enharmonicum, Inter quæ præſtantisſimum, & uiris optimis conuenientisſimum eſt Diatonicum, Mollisſimum uerò Enharmonicum, etſi hoc ſit difficillimum, illud uerò facillimum, Quod Diatonicum non eſt idem quod genus illud noſtris temporibus

maxime uſitatum, Quod quidem diatonici potius eſt euerſio quædam.

56 Aliæ ſonorum differentiæ accipiuntur ſecundum magnitudinem, eſt autem ſoni magnitudo intenſio, uel remiſſio ſoni, uelocitatem motus, aut tarditatem conſequens, Erit itaq; magnus ſonus qui uelocem motum conſequitur, paruus & remiſſus qui tardum, pace Ariſtotelis qui graui, & acuto ſono hæc tribuebat.

57 Et quamuis hæ differentiæ magnitudines nuncupentur, qualitatis tamen modum habent in ſonis, & ſecundum eas ſoni ſimiles, vel diſſimiles habendi.

58 Magnitudines autem uocantur tranſcendenter, Quare ſecundum illas æquales uel inæquales fiunt ſoni, numerantur ac proportionem aſſequũtur, Quod nullus unquam Muſicus, quod ſciam, animaduertit.

59 Tertia ſonorum differentia eſt tempus, per quod ſoni breues uel longi ſunt, Temporum autem quoddam compoſitum eſt, quoddam ſimplex, Quod primum eſt indiuiſibile, & minimum reſpectu noſtri hoc ſignum uocatur.

60 Ex his temporibus fit rhithmus, ſiue numerus, cuius ratio eſt temporum concurſus ordine quodam compoſitorum, Numeri autem plures ſunt ſpecies non à Poëtis ſolum, uerumetiam & maxime à muſicis obſeruandæ, quas breuitatis cauſa prætermittemus, Hæc igitur omnia ſi Theorici muſici conſiderarent, practici obſeruarẽt, quid amplius aures deſiderarent nihil haberent,

61 Reflectitur porrò quandoque ſonus ratione motus, cui conſequitur, Atque fit echo, quæ eſt ſonus reflexus, Quare eundem aërem in ea reuerti neceſſe eſt pace non nullorum.

62 Auditus obiectum diximus eſſe ſonum, Quare ut ſentiatur medio indigesſit, Quòd à ueteribus innominatum Theophraſtus, & poſteriores δίηχες nominarunt, nos perſonans dicemus, Erit itaque ſonus motiuus acta perſonantis.

Actus

63 Actus autem perſonantis eſt qualitas innominata lumini proportione reſpondens, Quæ ſentitur non ut obiectū, ſed abſque medio, & ſupra ſenſorium poſita.

64 Continet hæc qualitas ſonos omnes quorum imagines ab eius natura realiter non diſtinctæ ad ſenſorium per illam deferuntur, Nec ſunt magis materiales quam colorū ſpecies, vt dixit Auerroes.

65 Quæ natura tum in aëre tum in aqua reperitur, In his igitur ſonus erit non ſolum ut in ſubiecto ſed etiam ut in medio, Qui cum ſucceſsiue fiat ſucceſsiue quoque auditur, atque eius ſimilitudo per medium defertur.

66 Fit porrò quandoque auditus per imaginis ſoni reflexionem, Quæ reflexio echo dicitur ab ea diſtincta, Quam diximus eſſe ſonum reflexum, vt imago ab obiecto diſtinguitur.

67 Hæc non fit quia aër qui ſonum attulerat reuertatur, atq; eandem ſpeciem deferat, ſed quieſcens aër ſpeciem defert, atque refert, Idem igitur numero ſonus erit rectus, atque reflexus.

68 In omni uerò ſono echo fieri, vt opinatus eſt Themiſtius, & cum eo Auerroes, non eſt neceſſaria, Cum illa non ſit eò neceſſaria, vt loquens ſuiipſius uoces percipiat, ſed nec etiam opportuna.

69 Quæ non ſolum à corpore concauo ortum habet, vt communiter exiſtimatur, ſed etiam perſæpe à plano, Quandoque à conuexo, Tot enim horum corporum ſonum reflectentium figuræ ſunt, quot ſpeculorum eſſe ſupra enarrauimus.

70 Atque in hac etiam ſonorum reflexione angulum reflexionis æqualem eſſe angulo incidentiæ neceſſe eſt, Tertio autem modo auditus fit per imaginum fractionem, quæ ex medii difformitate oritur, vt in uiſu etiam diximus.

71 Inter omnia porrò animalia homo ſonorum differentias optime dignoſcit, Etſi nonnulla ob ſitum, atque aurium

configurationem remotiores ſonos, percipiant.

72 Surdos verò omnes mutos eſſe neceſſe eſt, Nec tamen locutionis inſtrumentum aliquod paſſum eſſe detrimentum oportet, Huius autem conuerſa falſa eſt, mutos uidelicet omnes ſurdos neceſſario eſſe, quicquid communiter exiſtimetur.

73 Ineptisſimi ex aduerſo auditus ſunt apes, Quibus ſenſum hunc denegare, nec ratio, nec experientia patitur, Quamuis id nõnunquam uiſus ſit aſſeruiſſe Ariſtoteles.

74 Inter ſoni ſpecies præſtantior eſt uox, Quæ non eſt aër percuſſus, ut Diogenes Babylonicus inquit, ſed ſonus animalium à parte animata in aëre effectus cum aliquâ imaginatione.

75 Eius inſtrumenta ſunt trachæa arteria, lingua, palatum, & in aliquibus præterea dentes, & labia, Ex quo patet nec cicadas, nec aliquod exanguium uocem edere, ſed nec etiam piſces.

76 Vocum porrò omnium optima eſt humana, Quæ non ſolum animi affectus exprimit, vt ceterorum animalium uoces, verum etiam conceptus, & res ipſas ſignificat, Non tamen à natura eſt ſignificatiua, ut uiſus eſt dixiſſe Plato, Sed ex hominum inſtituto, Neque rerum ſimilitudines ex ſui natura gerit, vt poſteriores dixerunt, ſed rei ſpeciem per accidens excitat in cogitatiua.

77 Auditui perfectione proximus eſt olfactus, Cuius inſtrumentum cum non ſint carunculæ mamillares, aut cauitates intra os cribroſum conſtitutæ, nec qui ibi ſunt nerui, Dicendũ cũ Ariſtotele erit nares eſſe, Diſputationis tamen gratia neruos illos intra os cribroſum poſitos inſtrumentum eſſe olfactus tuebimur.

78 Cuius proprium obiectum eſt odor, Qui ad ſenſorium, vt reliqua ſenſibilia per medium transfertur, Non ſunt autem odores in medio exhalationes, aut uapores, quod veteres crediderunt, Nec materiales, ut uidetur ſenſiſſe Auicenna, ſed omnino ſpiritales.

79 Quare flante uento illos moueri, & iccirco ſenſu percipi nō poſſe falſo aſſeruit Auerroës, cum pace eius, ſint æque ſpiritales, ac colorum imagines.

80 Medium autem per quod odores trāſeunt δίοσμον à Theofraſto uocatum qualitate innominata affectum eſt lumini proportionali, atque odores omnes continente, Quæ tum in aëre tum in aqua reperitur, & abſque medio ſentitur.

81 Reflectitur odoris imago atque refrangitur non minus quàm colorum, atque ſonorum ſpecies refrangantur, Ad ſenſorium uerò calidiorum animalium per reſpirationem defertur, Quæ reſpiratio non eſt olfactui ſimpliciter neceſſaria, Cum exanguibus, atque piſcibus ſit denegata, ſed in aliquibus requiritur, ut odori aditus pateat ad ſenſorium, quod latet, ac tegitur.

82 Inter omnia animalia olfactu maxime uiget homo, Cum odoris differentias optime diiudicet, atque ſingulos odores percipiat, inter quos eſt odor pantheræ, Etſi illum ſenſum noſtrum effugere uideatur quandoque aſſerere Ariſtoteles, propter ſitum tamē uarium quamplura animalia hominē longius olfaciunt.

83 Olfactum guſtus ſequitur, Qui eſt ratio guſtabilium, eius inſtrumentum eſt lingua, Nec tamen idem eſt inſtrumētum tactus, & guſtus, ut nonnulli ſunt opinati.

84 Quamuis guſtus ſit quidam tactus, verum non percipit humidum ut quidam dixere, ſed ſaporem, ut ſapor eſt, Quare per ſe illum ſentit non per humidum, cum eius ſit proprium obiectum.

85 Defertur ſaporis ſpecies per medium non quidem extrinſecum, ſed adnatum, atque internum, Nec minus ſpiritalis eſt quàm coloris ſimilitudo, ſapores autem homo non ſolum optime iudicat, ſed etiam exactiſſime recipit.

86 Omnium ſenſuum nobilitate poſtremus eſt tactus, ſed ad uitam maxime neceſſarius, Cum nullum animal abſque

tactu atque etiam guſtu uita frui poſſit, Eſt autem tactus tactilium ratio.

87 Cuius inſtrumẽtum maxime eſt ambiguum,alii neruum, alii ſpiritum, alii neruis refertam carnem illud eſſe dixere, crederem ego tum uniuerſam carnem, tum maxime quæ circa cor eſt tactus ſenſorium eſſe ex Ariſtotelis ſententia, Aduerſus quem diſputationis gratia cerebrum illud eſſe tuebimur.

88 Tactus obiectum eſt multiplex,primæ nanque qualitates, grauia præterea, & leuia, dura, & mollia, aſpera, & leuia tactu percipiuntur, Quæ omnia in unum obiectum coincidere nequeunt, Neque etiam innominatum pace Simplicii.

89 Vere igitur plures ſunt contrarietates, Quare tactus quoque plures eſſe fateri compellimur, Vnicum tamẽ illum ſenſum eſſe etiam defendemus.

90 Non recipit tactus materialiter, ut quidam uoluere,nec partim realiter,& partim ſpiritaliter, ſed omnino ſpiritaliter,Quem ut obiectum moueat medio indiget,quod internum eſt, atque connatum.

91 Hoc carnem eſſe uiſum eſt Ariſtoteli, Præter cuius quoq; ſententiam neruum eſſe tuebimur.

92 Verum quia animalia tum in aëre tum in aqua degunt, humidis atq; fluidis corporibus,illis intermediis extrinſeca obiecta percipient,ea tamen tactui non ſunt adiumẽto, nec per ipſa is tactilia ſenſit,ſed cum ipſis.

93 Per accidens igitur medium extrinſecum ad tactum requiritur, Nec quidem neceſſario, vt communiter exiſtimatur, Cum quandoque ſine eo obiecta extrinſeca ſentiantur.

94 Quod medium nos ambiens tangimus,atq; ſentimus,non enim nobis pace Auerrois eſt ſimilis, ſed diſſimilis, & ideo conſeruat, Quod abſonum uidebitur.

95 Tactu omnibus præſtat homo tum ratione iudicii, tum etiam ratione receptionis,cum cutem tenuiſſimã, & ſen-

ſorium optime temperatum poſſideat.

96 Quibus porrò tactus ineſt omnia imaginatione ſunt prædita, dolorem etiam atque lætitiam percipiunt, ut nocua fugiant, proficua perſequantur, Quare caudæ à lacerta deciſæ hæc omnia ſunt concedenda.

97 Eſt autem dolor corporalis, qui labor eſt, & de quo magna eſt controuerſia triſtis appetitus ob perceptionem obiecti lædentis, ſiue læſionis, Huius autem læſionis cauſa eſſe poteſt, & ſolutio continui, & intemperies, & quoduis ualdè diſſimile, ac improportionatum obiectũ.

98 Quare Galeni & Auerrois ſententiæ inter ſe ex aduerſo pugnantes, aliqua ex parte ueritati conſonæ uidebuntur, Voluptas autem eſt iucundus appetitus ob perceptionem obiecti proportionati, ac ſalutem afferentis.

99 Sed de externis ſenſibus hactenus, à quibus ad internos iam tranſeamus, inter quos primò nobis ſe offert ſenſus communis, non quidem ut præſtantior, ſed ut arctiori uinculo externis ſenſibus colligatus, atque ob id imperfectior, Quem etiam non eſſe neceſſarium, præter Ariſtotelis ſententiam diſputandi gratia tuebimur.

100 Hic ſe habet ad exteriores ſenſus, vt centrum ad lineas ad circumferentiam productas, Eſt itaque principium, & finis exteriorum ſenſuum, Eius inſtrumentum primum eſt cor.

101 Obiectum uerò non eſt commune ſenſibile, ſed omnia ſenſibilia tum propria tum communia, At munus, & officium eius eſt afferre diſcrimen inter ſenſibilia, atque ſui ipſius & exteriorum ſenſuum operationes diiudicare.

102 Singulis igitur animantibus ſenſu præditis neceſſario ineſt, Atque præſentibus ſolum obiectis operatur, illis abſentibus in ocio uerſatur.

103 Hunc non in omnibus, ſed in perfectioribus tantum ani-

malibus conſequitur imaginatio, Quæ à ſenſu communi non ſolum ratione, ſed realiter quoque eſt ſeparata.

104 Atque ex ſenſu, & opinione non conſtat, vt uidetur uoluiſſe Plato, ſed eſt motus quidem ſenſus in actu per quem motum ſpectrum in ipſa recipitur, Quod illa iudicat atque conſeruat.

105 Cujus inſtrumentem primum eſt cor, Obiecta uerò ſunt omnia atque ſola, Quæ à ſenſu exteriori & communi percipiuntur, etſi quamplura, quæ ſub ſenſibus non cadunt, imaginatione complectamur, ob huius facultatis maximam uim, Quæ tanta eſt, vt naturæ etiam ipſi impoſſibilia ſibi confingere non uereatur.

106 Inter imaginationis autem ſpecies non ſoluō numeranda eſt cogitatiua, ab Ariſtotele ipſo, ni fallor, & cognita, & explicata, Quæ nō eſt uis à phantaſia re, aut ratione ſeparata, Quod interpretes nō animaduerterunt, ſed ut ſpecies à genere eſt diſtinguenda.

107 Hæc in homine ſolum inuenitur, atque ſi pro eſſentia accipiatur eum in eſſe ſpecifico conſtituit pace Latinorum, ſi uerò pro facultate ſecunda ab eſſentia diſtincta intelligatur, in illo cum imaginatione coincidit.

108 Quare eodem utetur inſtrumento pace Auerrois qui medium cerebri vētriculum ei aſſignat, cum phantaſiæ anteriorem tribuiſſet, eius uerò obiectum ſunt ſingularia ſenſibilia, Quæ non ſolum recipiendo, atque iudicando cognoſcit, verum etiam diſcurrendo illorum naturas exactè rimatur.

109 Vnde optime rationalis uocatur, atque per eam homines rationales, Diſcurſus autem & proportiones particulares efficit, cum ipſa ſit ſingularis, & materiæ commiſta, ex quo fit ut alii ſolertes, alii hebetes conſpiciantur, cum diuerſam fuerint corporis temperaturam adepti.

110 Poſtrema internarū uirium eſt memoria, Quæ à phantaſia re non diſtinguitur, Nec eſt pace Auerrois cogita-

tiua facultate ſpiritalior; cum cogitatiua ea ſit longe perfectior.

111 Hæc non eſt in intellectu, ſed in ſenſitiua facultate, Nec aliqua eſt pace Scoti memoria intellectiua, Etſi, quicquid nonnulli dicant, rerum ſpecies in intellectu ſeruentur, cum locus formarum ipſe ſit.

112 Hinc fit ut brutis quoque tributa ſit memoria, Clarius quidem iis quæ aſſueſcere & diſcere poſſunt, vt cani, obſcurius formicis & apibus, indeterminate ac confuſe uermibus, Teſtaceis autem prorſus eſt denegata.

113 Eius ſubiectum, atque inſtrumentum eſt cor, uel cordi proportionale, obiectum uero phantaſma vt eſt imago rei præteritæ ſenſatæ; ſpecies enim inſenſatas à ſenſatis elicitas illam cognoſcere ac reſeruare poſſe, vt grauiſſimi Philoſophi fatentur, non eſt Peripateticæ doctrinæ conſentaneum.

114 Percipit memoria operationem propriam, Atque illam quoq; præteritam meminit, Etſi doctiſſimi uiri facultatē hanc ab ea auferentes cogitatiuæ tradiderint.

115 Memoria uerò pollent qui ætatem conſiſtentiæ habent, Et qui cordis temperiem ſicciorem ſunt adepti, Quocirca acuto docilíq; ingenio præſtantes memoriæ lapſum ſentiunt ſenes item ac pueri, Etſi pueros optimè recordari experientia doceat, & ratio perſuadeat, Vtrunq; igitur defendemus.

116 Ex frequenti porrò meditatione uires ſumit, & diuturnior ſeruatur memoria, In qua ſæpe cōtingit error quòd aliquid nobis meminiſſe uideamur, nec re uera recordemur, Deceptio uerò à Themiſtio addita, pace eius, eſt impoſſibilis, cùm fieri nequeat, ut aliquid memoria repetamus, & meminiſſe nos lateat.

117 Labuntur tandem res è memoria, atque obliuio nos capit, Quòd ſi aliqua ex parte ſeruentur, reminiſci ualemus quæ reminiſcentia non eſt à memoria ſeparata, Homini autē ſoli conuenit cuius eſt ratio, atq; conſilii,

118 Eſt quidem reminiſcentia ex perſcrutatione renouatio prioris iã collapſæ, & euaneſcentis memoriæ, poſtquam intercedens obliuio imaginum illarum continuitatem labefactauerit atque diſſoluerit, Loci uero reminiſcentiæ tres ſunt, à ſimilibus, contrariis, & coniugatis.

119 Nec præter has iam ennumeratas facultates ponẽda eſt in anima æſtimatiua uirtus Ariſtoteli ignota, ac ſuperuacanea, Aut alia aliqua facultas à poſterioribus excogitata.

120 Ceterum ſenſuum operationibus finitis exiſtentibus, atq; determinatum tempus requirentibus, neceſſe eſt quandoque ſenſus ab opere quieſcere, Nullum igitur animal cuiuſuis ſpeciei in continuis uerſatur uigiliis, Rationes tamen Ariſtotelis hoc aſtruẽtes diſputationis gratia inualidas eſſe, et aliquod animal ſomno carere poſſe tuebimur.

121 Plantæ autem cum ſenſus non habeant dormire nequeũt, Animalia igitur omnia, & ſola dormiunt. Nulli tamen animali continuò ſomnus adeſt, ſed alternatim dormit unumquodque, & uigilat.

122 Vigilat quidem primò, mox dormit, In prima enim animalium generatione uigilia ſomnum præcedit, cum uigilia potiſſimum animalia uiuant, propter ſenſum, Primam uero diſpoſitionem ante uigiliam non ſomnum, ſed ſimilem ſomno eſſe putandum eſt, qualis eſt plantarum, Eam tamen uerum ſomnum eſſe, & uigiliam ſomno ſuccedere præter Ariſtotelis ſententiam diſputationis gratia tuebor.

123 Qui ſomnus cum ſit paſſio, non animæ, nec corporis, ſed coniuncti cenſeri debet affectio, Erit itaque compreſſio, & uinculum primi ſenſorii forma, & ratio ſomni, ſenſus enim communis opera imprimis impediuntur.

124 Conſequenter tactus, pace dicam Alberti, qui oppoſitum ſenſit, Nec uiſum, quicquid alii dixerint prius quàm tactum ſomno laborare credendum eſt. Quare cor ea ratione qua ſentit erit ſomni ſubiectum.

125 Cauſa autem effectrix eſt uapor alimenti à calore eleuatus

tus concretus deinde & frigeſcens, qui natiuum calorem deorſum pellit, & ad cor per uenas delabitur, Finis eius eſt ſalus, & conſeruatio animalis.

126 Aduerſus tamen Ariſtotelis placita diſputandi cauſa tuebor ſomnum eſſe imbecillitatem exteriorum ſenſuum, quoniam ſpiritus eis deſeruientes ad cerebrum recurrũt pro uapore ibi illud grauante diſſoluendo, Nec ſenſum communem eſſe omnino in corde ligatum.

127 Cum igitur per ſomnum calor in fonte maxime redundet, maiore eius copia riuulos abundare credendum eſt per quos calor in uniuerſum corpus deriuatur, Quare meliorem concoctionem fieri in partibus non ſolum internis uerum etiam externis, pace multorum, arbitrarer.

128 Cerebrum unum excipio, atque particulas ab eo proxime, & immediate dependentes, Quæ cum caloris inopia laborent, minus nutriri, ni fallor, ratio perſuadet, ei etiam atteſtante ſenſu.

129 A ſomno porrò animalia excitantur cum calor uapore reſoluto ſuperiora petit. Quem ſanguinem attenuare cũ Glires, & huiuſcemodi quædam animalia ægre poſſint ob natiui caloris imbecillitatem, & ambiẽtis frigiditatẽ, longiſſimis ſomnis capiuntur, ſunt enim ueri ſomni illi iudicandi non impotentiæ quædam uigilandi, vt in plãtis & embrionibus contingit, quicquid doctiſſimi recentiores dixerint.

130 Solent quidem animalia dum dormiunt ſomniis moueri, Quæ porrò ſomnia non uerſantur in ſenſu, nec in intellectu neque in opinione ut in ſubiecto, ſed eorum præcipuum ſubiectum eſt primum ſenſiterium ea ratione qua phantaſticum eſt.

131 Forma uerò ſomniorum eſt ſimulacrum rei; Quod non pro eo quod refert, ſed pro eo quod refertur apparet, Effectrix uerò cauſa eſt calor natiuus ad internas partes confluens, ac rerum unà ducens imagines, à quibus cor afficitur atque mouetur ut ab obiecto.

O

132 Hæc autem ſimulacra cum ex frequenti,magna,& inconſtanti caloris motione perturbata, atque diſtorta perſæpe reddantur, præſertim in febre,melãcholia,& ebrietate,ſomnia quoque monſtruoſa,atque confuſa apparere neceſſe eſt.

133 Ex his liquido conſtat quamlibet in ſomno imaginationem non eſſe ſomnium, Cum quandoque contingat ſimulacrum non pro re relata, ſed pro referente uideri, tunc uerò dicere dormientes ſolemus illud eſſe ſomnium, & nos illudi cognoſcimus, vis enim quæ cogitat & diſcernit ab omni eſt perturbatione ſoluta, Quare imaginatio illa eſt iudicanda, ſomnium uerò cum nos latet deceptio.

134 Atque pariter cum ab externis ſenſibilibus ſenſiteria mouentur, nec ab opere omnino uacant, Quod in leuiori ſomno euenire quandoque experimur,illa ſomnia nõ ſunt iudicanda, ſed à ſenſibus in actu motiones.

135 Et quoniam non deſunt qui dormientes ambulent, loquantur, & quamplura agant ſimilia, Hæc autem ſine ſenſu tactus fieri non poſſunt, ſenſum illum tunc temporis nonnihil religatum eſſe cenſendum eſt, Atque illa non eſſe ſomnia ſed ſenſationes quamuis in ſomno percipiantur,& tanquã ſomnia à dormientibus recordẽtur.

136 Harum autem deambulationũ, & reliquarum actionum cauſa effectrix non eſt calor accidentalis,ut quidam inepte dicunt, nec anima ſine calore, vt imperite alii, ſed omnia à natiuo calore fieri cenſenda ſunt.

137 Ad uera igitur ſomnia redeũtes dicamus falſo opinatum fuiſſe Auerroem nobis uideri amicum oculis conſpicere, & ſonum auribus percipere, atque alia huiuſcemodi ſentire, cum horũ imagines à memoria ſine phantaſia ad ſenſum communem, & à communi ad externos ſenſus delabuntur.

138 Impoſſibilis nanque eſt ſimulacrorum regreſſus ab internis ad externas uires in ſomno pariter, ac in uigilia, &

remanent imagines in phantaſia communẽ ſenſum aut proprios in ſomniis non attingentes.

139 De ſomniorum porrò ueritate uariæ Philoſophorum extant ſententiæ, Epicurus quidem & Metrodorus inania, & irrita quædam naturæ ludibria eſſe dixerunt ſomnia, Quibus cum experientia & perantiqua hominum opinio refragetur, adhærere periculoſum eſt atque temerarium.

140 His aduerſantes Stoici ſomniis fidem adhibendam, ac ut à Dei prouidentia largita magnifacienda eſſe crediderũt, Nos uerò Academicos, atque Peripateticos ſecuti nec omnia pondus habere contendamus, nec inania penitus, & irrita eſſe dicamus.

141 Sunt enim pleraque falſa, nonnulla etiam vera, Inter quæ hæc ſunt ſigna, & indicia ueri, vt terribilia melancholiæ fœtida humorum putridorum quæ à Medico ſunt diligenter animaduertenda, Alia rurſus cauſæ ſunt ueri futuri cum occaſione à ſomnio accepta aliquid operamus, Reliqua ſunt per accidens uera & caſu.

142 Quæ ſi caſu ueritatem aſſequi, & futura prædicere quis ægre ferret, eorum auctorem Deum dicere cum Poëtis impium, Dæmonas uerò noſtrum cuſtodes cũ Porphyrio & Platonicis temerarium mihi uideretur.

143 Nec Democrito & Syneſio aſſentirer, idola & effluxiones corporeas ad ſenſus noſtros deferri aſſeuerantibus vnde diuinare homines contingat, Vix quoque ſpiritales imagines ſenſus commouentes, vt quandoque uiſus eſt dixiſſe Ariſtoteles, aut principium intellectuale, & nobiliſſimum, cum Auerroë, diuinationis cauſam eſſe arbitrarer.

144 Verum ego potius meo periculo dicere primus auderem phantaſia minime perturbata, quod in placidiſſimò ſomno contingit, præter rationem non eſſe, quem ordinem, & nexum res inter ſe extra animam habent, eundem illarum ſimulacra in imaginatione habere, Qua-

re ſicuti ex hoc fit illud, & ex illo aliud, Ita ex hoc ſimulacro illud, & ex illo aliud apparere non eſſe abſonum, Ex hac uerò rationali conſecutione remotarum ac futurarum rerum diuinationem per ſomnium contingere.

SECTIO OCTAVA

DE HOMINE QVATENVS intelligit, & ſpeculatur.

1 CEterum ſingulis iam uegetatiuæ, ac ſenſitiuæ animæ uiribus explicitis, atque enumeratis conſentaneum deinceps eſt ut ad intellectus nos conferamus enarrationem, humano enim generi præter cogitatiuam formam ei dantem eſſe, largita eſt natura intellectum, vt uerè magnum miraculum eſſet homo, Qui intellectus non eſt corpus nec virtus in corpore, ſed immaterialis, immiſtus, impaſſibilis, atque ab omni inſtrumento ſeiunctus.

2 Subſtantia igitur æterna eſt, & immortalis, Quæ cum intelligat, intelligentiam eſſe non eſt negandum, etſi ceteris ſit inferior, Hæc ob ſui imperfectionem orbem incorruptibilem aſſequi non potuit, ſed ſecundum indiuidua generabilem, & corruptibilem, in ſpecie uerò æternum eſt conſecuta.

3 Orbis eius eſt humana ſphæra, Quare unicus eſt in cunctis hominibus ſecundum Ariſtotelem intellectus, etſi Latini grauiſſimi uiri multiplicitatem conceſſerint animarum, Quos ut ueritatem attigiſſe, ita à Peripatetica doctrina receſiſſe fatendum eſt.

4 Vt autem humanæ ſpheræ intellectus annecteretur à ſeipſo recedens ad illam progredi coactus eſt, Annectitur uerò non ut forma dans eſſe, nec ſeorſum, nec unà cũ cogitatiua, ſed ut ſingulis hominibus aſſiſtẽs, à ceterarum

intelligentiarum lege non diſcedens.

5 Ex hac porrò ad corpus progreſſione, ac ad ſecundas uitas & cum eis naturali connexione ualde imperficitur intellectus, Qui ſuimet ac Idearum oblitus rudis omnino efficitur, atq; tabellæ perſimilis in qua obliterata ſint omnia non ſolum pace Iamblici deprauata, & ſubobſcura.

6 Vt iam nihil ei relictum ſit præter propenſionem, & aptitudinem ad omnia intelligenda, Nulla igitur alia erit eius natura quam poſſibilem eſſe omnia fieri, Quid ſi ex ſe quoq; in actu eſſe non in pura potentia defendo?

7 Pro hac autem intellectus poſſibilis aptitudine ad actum traducenda neceſſario concurrunt obiecta externa, Quæ ſunt phantaſmata, Quare tũc intellectus à corpore obiectiue dependet, & nobis per ſpecies intelligibiles copulatur cum à primo ortu per naturam ſolum eſſet colligatus, phantaſmata uerò hæc nõ ſunt intellectionum principia actiua nec totalia, nec partialia, vt uiſum eſt Latinis, ſed ſolum ut excitantia intellectum, & ei intelligendi anſam præbentia.

8 Principium actiuum eſt agens intellectus ad intellectionem neceſſario requiſitus, Eius natura eſt hæc, ut poſſit omnia facere, Qui non eſt Deus pace Alexandri, nec intelligentia à poſſibili intellectu re ſeparata.

9 Sed ſubſtantia idem quod poſſibilis, ratione uerò ſeiunctus, ſiquidem intellectus nunquã ita progrediatur quin in ſe maneat, nec ſui etiam et rerum omniũ ita obliuiſcatur quin ſeipſum & reliqua optime noſcat.

10 In eo nanq; ut in manente illeſæ ſeruantur rerũ Ideæ, neq; à corpore ſubiectiue aut obiectiue dependet, cum tamen ea quæ ſunt hic intelligat ex ſententia etiam Auerrois, Quamuis abſque diſcurſu.

11 Ad hũc igitur intellectum à phantaſmate commotus poſſibilis ſtatim conuertitur, Atque ab eo tanquam à lumine colluſtratur, Vt eius phantaſmatis ratio in ipſo oriatur, cuius Idea in manente ſeruatur, Hoc igitur, ut puto,

eſt intellectus agentis munus, Etſi doctiſſimi uiri quamplures aliter ſenſerint.

12 Quod ſi hoc pacto fiat intellectio quomodo erit noua? At ſi de nouo non intelligimus ſcire noſtrũ cur non eſt reminiſci? A Platonis igitur ſententia Peripatetica parum diſtabit, quamuis concordes eas eſſe pace Simplicii non arbitrarer.

13 Vertitur itaque poſſibilis in diuerſas facies ab agente, atq; rerum rationibus exornatur, Ideis ſcilicet progreſſis, quas ſtatim ſimplici intuitione intelligit, confuſe tamen & pingui Minerua, quamuis illas per eſſentiam referat & intelligat, Nec ſunt hæc, ut alicui uideri poſſet inter ſe pugnantia.

14 Ex intellectu itaque & ſpecie intelligibili fit magis unum quàm ex materia & forma, cum intellectus & ſpecies intelligibilis ratione ſola diſtinguantur, Quare intelligit tunc ſeipſum intellectus non quidem per ſpeciem ex accidenti, nec per operationem ſed per eſſentiam.

15 Intelligens enim intellectum, & intellectio idem ſunt, quãuis omnes hoc in ſolo intellectu perfecto & à corpore ſoluto uerum eſſe crediderint, Intellectiones autem quibus diuerſi homines idem intelligunt nõ ſunt propterea eædem exiſtimandæ.

16 Priuationes porrò cognoſcit hic intellectus non per habitum quem habet nec per habitum quem non habet, vt putauit Egidius, minus uerò per habitum cuius illa non eſt priuatio pace Gandauenſis, ſed priuationem omnem, tum quæ omnibus modis tum quæ ſub eſſe formali priuatio eſt intellectu eius habitu ſimul cognoſcit.

17 Singularia uerò non cognoſcit nec directè, neque reflexè cum ſit à materia ſeparatus, quamuis non ſolum uniuerſalitatem ſed ſingularitatem quoq; & indiuiduationem cognoſcat, Atque hæc non ut ſecundas intentiones ſed ut primas intelligat.

18 Vtrum autem ſpeciebus pluribus exornari, atq; illas una

intelligere ualeat ardua eſt difficultas,ego eius ſum ſen-
tentiæ ut poſſit,& ſæpius intelligat plura, non ſolum ut
unum,ſed etiam ut plura,& diſtinctis intellectionibus.

19 Poſtquam intellectus poſſibilis beneficio agentis rerum
ſpecies ſuſceperit,atq; illas confuſas cognouerit iam per
ſe ni fallor,operatur, abſq; agentis auxilio, atq; vt dice-
bat Auerroes,intentionem ab intentione ſecernit.

20 Et quoniam maxima eſt difficultas quid ſit primò ab intel
lectu cognitum, Crederem ego in prima intellectione
quam formationem Auerroes nuncupauit ſpeciem ſpe-
cialiſsimam eſſe primò & ultimo cognitam,præter illam
enim nihil aliud intelligit intellectus.

21 Cum uerò intentionem ab intentione ſeparat intellectus
& diuerſas notiones ſibi acquirit,ſi confuſe res cognoue-
rit primum cognitum nullum per ſe eſt, ſed ex acciden-
ti tum magis tum minus uniuerſale primò cognoſci po-
teſt, Quod Latini & poſteriores Philoſophi non anim-
aduertentes maxime laborarunt, atque in diuerſas rapti
fuerũt ſententias, In diſtincta autem cognitione ſemper
primò cognitum eſt magis uuiuerſale, & omniũ primũ
eſt ens atq; tranſcendẽtia omnia,deinde genera ſumma.

22 Ex his uerò ſimplicibus notionibus rerum defi nitiones
conſtruit intellectus,quæ & ipſæ ſimplices ſunt, etſi com
poſitæ uideantur,ſed de illis iam egimus cum de compo
ſito loqueremur, Iſtas rurſus notiones connectendo com
poſitos conceptus ſibi ratio effingit, inter quos,cum plu
res ſint, ſolum enunciatiuus ad cognitionem & ſciẽtiam
confert,in quo uel aliquid alicui aſcribitur, uel ab eo ali-
quid remouetur.

23 Communus etenim eſt Enunciatio affirmationi & nega-
tioni de quibus uniuoce prædicatur,quicquid dicat Ale-
xander,Etſi æquiuoce prædicari pace Porphyrii & Am
monii defendi poſſit.

24 Eſt quidem affirmatio,enũciatio alicuius de aliquo, Nega
tio uerò enunciatio alicuius ab aliquo, Atq; omni affir-

mationi oppoſita eſt negatio,& omni negationi affirmatio, Quæ oppoſitio eſt contradictio.

25 In iis porrò quæ ſunt uel facta ſunt neceſſe eſt affirmationem uel negationem ueram eſſe uel falſam. In contingẽtibus futuris non eſt neceſſe, ſed utraq; poteſt eſſe uera, quicquid aſſerant Stoici.

26 Suſcipiunt præterea quantitatem, & qualitatem enunciationes, vniuerſales enim uel particulares fiunt, Atque ratione vniuerſalitatis,ac particularitatis contrariæ,ſubcõtrariæ,& contradictoriæ fiunt.

27 Aliæ ſunt de ineſſe; aliæ contingentes, neceſſariæ, poſſibiles uel impoſſibiles, Non eſt autem Enunciatio de ineſſe poſſibilis ut eſt in actu,quod putauit Alexander,nec ut plurimum,quod Auerroes, ſed in qua modus non exprimitur, cum tamen re uera prædicatum neceſſariò,aut contingenter inſit ſubiecto, vt Theophraſtus aſſeruit.

28 Inter neceſſerias uerò Enunciationes ſunt etiam illæ, quæ per ſe ſunt. Quarum duo tantum modi ſunt nõ quatuor ut communiter exiſtimatur, Ne dum quinque, vt Themiſtius credidit, Enunciationes autem in quibus idem prædicatur de ſeipſo non ſunt per ſe,nec neceſſariæ, nec ueræ, ſed nugatoriæ.

29 Conuertuntur deinde enunciationes, Atque particularis affirmatiua contingens, conuertitur contingens; neceſſaria particularis affirmatiua, conuertitur neceſſaria; vniuerſalis contingens conuertitur particularis; & negatiua de ineſſe conuertitur de ineſſe, vt docuit Ariſtoteles, quicquid dicat Auicenna.

30 Conſiderantur præterea enunciationes non ſolum ut ueræ uel neceſſariæ, ſed etiam ut probabiles & apparentes probabiles quidem ſunt, Quæ omnibus, uel plurimis uel ſapientibus uidentur atque ad Dialecticum ſpectant, & Rhetoricum, huiuſmodi enim ſunt loci omnes communes, Apparentes uerò ſunt, quæ cum ſpeciem ueri præſeferant, fallaces ſunt, & falſæ, Atque ſophiſtis relinquun-

linquuntur.

31 Ceterum quia enunciationum quædam notæ, quædam ignotæ ſunt,ut ignotas intellectus perciperet uim habuit diſcurrendi, per quam uim ex noto ad ignotum progreditur,atq; una cum præconceptis notionibus operatur.

32 Inter diſcurſus uero præſtantisſimus eſt Syllogiſmus,Qui eſt argumentatio in qua quibuſdam propoſitionibus poſitis aliud neceſſario ſequitur per ea quæ poſita ſunt, Etſi λόγος in definitiõe Syllogiſmi ab Ariſtotele primo Priorum poſitus non pro ratione,aut argumentatione ſit interprætandus, vt doctisſimi recentiores dixerunt, ſed pro oratione.

33 Conſtant quidem perfecti Syllogiſmi ex duabus propoſitionibus,& tribus terminis, duobus extremis reliquo medio,termini autem ratio eſt in quem reſoluitur propoſitio, Atque hæc eſt optima termini deſcriptio, nec ei aliquid deeſt, pace Alexandri.

34 Concluſio autem eſt de eſſentia Syllogiſmi tanquam terminus diſcurſus, Eam tamen nõ eſſe de Syllogiſmi eſſentia quoque defendam.

35 Syllogiſmi proprie ſunt prædicatiui, Hypothetici autem ſunt imperfecti, Deductio ad impoſsibile in ſpeciebus hypothetici Syllogiſmi continetur, Quæ deductio pace Alpharabii non eſt Syllogiſmus,Nec etiã aliquis hypotheticus uere uocari poteſt Syllogiſmus.

36 Syllogiſmorum autem prædicatiuorum tres ſunt figuræ, quarum prima eſt perfectisſima,in qua medium maioris extremi ſubiectum eſt, minoris uero prædicatum, Quarta autem a Galeno poſita eſt excludenda,cum præternaturalis ſit,& propoſitum finem non concludat.

37 Cum uero in Syllogiſmis miſceantur propoſitiones,ex altera propoſitione neceſſaria,altera inexiſtente, nũquam colligi poteſt neceſſaria concluſio, vt optime aduerſus Ariſtotelẽ Theophraſtus & Eudemus demõſtrarũt, Sed Ariſtotelis quoq; ſentẽtiam diſputationis cauſa tuebor.

P.

38 Præter categoricos autem & hypotheticos ſyllogiſmos non ſunt addendi illi quos combinationes Auicenna uocauit.

39 De Syllogiſmis egit Ariſtoteles in libro Priorum, In quo non ſolum ſyllogiſmi formam, vt multi credunt, ſed etiam materiam explicauit, Qui Syllogiſmus in Demõſtrationem, ſyllogiſmum Dialecticum, & Sophiſticum partitur, vt quidem in ſpecies, non ut in analogata.

40 Perfectisſima uerò ſpecies eſt demonſtratio, Quæ eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, Non quidem ut inſtrumentum, nec ut cauſa ſine qua non, ſed ut operatio habitum, Quare conſtat ex primis ueris, immediatis, prioribus, notioribus, & cauſis concluſionis.

41 Sunt iſtæ propoſitiones de omni per ſe, & uniuerſales, Per ſe autem uoco in quibus uel prædicatum ingreditur definitionem ſubiecti, uel ſubiectum definitionem prædicati, atque in primo modo non ſolum tota definitio, ſed etiam eius partes per ſe prædicantur, Nec præter iſtas aliæ propoſitiones ingredi poſſunt demõſtrationes.

42 Ex hoc colligere poſſumus circulum committi non poſſe in demonſtrationibus, etſi regreſſum concedendum arbitremur, nulla intellectus negociatione, ut aiunt, interueniente.

43 Fit demõſtratio in prima figura, medius autem terminus, eſt definitio ſubiecti, quæ cauſa eſt paſsionis, Hæc uerò Demonſtratio potisſima non eſt figmentum quoddam, & imposſibilis fieri à nobis, vt multi opinantur, cum illam fieri maxime contingat.

44 Præter hoc vnum demonſtrationis genus non eſt aliud ponendum, ſed impropriè demonſtratio, quia nomine demonſtrationis appellatur, Quæ ab effectu uel à cauſa remota ratiocinatur, Nec præter has locum aliquem habet demonſtratio propter quid pace dixerim Auerrois. Non igitur tria erunt demonſtrationum genera, ſed unũ duntaxat, uel ad ſummum duo.

45 Secundæ ſpeciei ſyllogiſmorum eſt Dialecticus, Qui eſt ſyllogiſmus faciens opinionem, Quare ex propoſitionibus probabilibus conficitur, De quo ut oratio eſt egit Ariſtoteles in libris Topicorum non quidem per accidens, ſed per ſe, & primò.

46 Collocandi ſunt autem illi libri, quicquid dicat Philoponus, poſt libros Poſteriorum, cum uerum ueriſimili ſit præferendum.

47 Poſtrema ſpecies eſt Sophiſticus ſyllogiſmus, Qui ignorantiam gignit, atque ex apparentibus probabilibus conſtat, eius autem uitium uel in forma, uel in materia uel in utriſque deprehenditur.

48 Mentis porrò interpres eſt oratio, ut enim ſenſus animi rerum ſpeciem gerunt, ita uoces ſunt eorum notæ, Hinc factum eſt, vt facultas quædam traderetur de uocibus ad intellectus actiones dirigendas, & optime peragendas, Fuit hæc facultas Logica.

49 Quæ ſcientia non eſt cum de rebus non agat, Ars ſi uocaretur cum opus intellectus reſpiciat, rectius id quidem fieret, omnium uerò tutiſſimum, & ni fallor, optimũ erit aſſerere inſtrumentum eſſe cognoſcẽdi ſiue intelligendi, Eius autem diſtinctio in docẽtem, & utentem uana eſt, & à Peripatetica doctrina, ni fallor, aliena.

50 Subiectum autem non eſt ſyllogiſmus, nec demonſtratio, nec oratio, nec modus ſciendi, nec cognoſcendi, nec ſecundæ intentiones ut interpretes crediderunt, ſed homo quatenus intelligit.

51 Finis uerò eſt cognitio, At inſtrumentum eſt uox ex inſtituto ſignificans.

52 Ex quo colligi poteſt nec Porphyrii Prædicabilia, nec Ariſtotelis Prædicamenta partes eſſe logicæ facultatis, cuius initium eſt liber Perihermenias.

53 Et ad quam præter cetera attinet agere de definitione, tum vt demonſtrationis medio, tum etiam ut inſtrumento quid eſt explicante, utrumq; autem optime præſtat Ari

ſtoteles in ſecundo Poſteriorũ, quicquid grauiſſimi uiri hac in re ſenſerint.

54 Hæc porrò facultas cum de Syllogiſmo quoq; Dialectico agat & locis communibus ei deſeruientibus à Dialectica propriè ſumpta ſolo nomine diſcrepabit, ab eadem uerò propriè accepta ut totum à parte diſtinguetur.

55 A Logica iam directus intellectus ſtudio, atq; induſtria habitibus tandem exornatur ſpeculatiuis, Qui ſcientiæ nuncupantur, Neceſſaria etenim eſt non ſolum utilis Logica ad capeſcendas ſcientias, Quæ inter bona, & honorabilia ſunt referendæ.

56 Earum obiectum eſt uerum, Finis cognitio, Atque principia habent non ſolum cognoſcendi uerum etiam eſſendi rerum quas ſpeculantur, Eſt quidem ſcientia uerè una non plures ſecundum naturam, ea tamen commoditatis gratia, atque facilitatis ad quam maxime confert diſtinctio in tres fuit principes ſcientias diſtributa, Metaphyſicam, Phyſicam, atquè Mathematicam.

57 Quarum menſura extrinſeca, & extra genus Deus eſt. In genere, atque intrinſeca eſt cuiuſque ſubiectum, At extrinſeca & in genere eſt Metaphyſica, Quæ inter omnes dignitate excellit.

58 Eius ſubiectum eſt Ens inquantum, Ens commune decem generibus, ſubſtantiæ æternæ Deo quoq; non excepto. vero præterea, & falſo, Nec non enti per accidens, & ex arte facto, Talis ſiquidem entis principia eſſe nihil prohibet, non ſolum cognoſcendi, uerum etiam eſſendi.

59 Ad hanc perfectione proximè accedit Philoſophia naturalis, De cuius ſubiecto cum diuerſi diuerſa ſint opinati, illis adhæreo qui ſubiectum eius corpus naturale ſtatuerunt, Quid ſi miſtum eſt ſubiectum: reliqua autẽ ut principia conſiderantur.

60 Poſtrema eſt Mathematica, cuius ſubiectum eſt Quantum à materia ſenſibili ſola cogitatione ſeparatum, Partitur autem in Arithmeticam & Geometriam; Arithmeticæ

ſubiicitur quantum diſcretum, Geometriæ continuum.

61 In qua quidem Geometria hiſce temporibus ſuperſtite nullam eſſe, præter omnium ſententiam, demonſtrationem ſimpliciter, atque à priori propter quid explicantē arbitror, Omnes præterea definitiones, quas ut oracula obſeruāt, atq; ſupponunt, aut falſas, aut mutilas, aut ignotas eſſe meo periculo auſim aſſerere.

62 Præter Arithmeticam & Geometriam nulla, ni fallor, Mathematicæ ſpecies reperitur, Siquidem Perſpectiua, Aſtrologia, atque Harmonica, nec Mathematicæ ſunt diſciplinæ, nec inter naturalem ſcientiam, & Mathematicam mediæ conſtitutæ. Quod uidetur ſenſiſſe Ariſtoteles.

63 Sed impermiſtæ cum ſint ueræ Philoſophiæ naturalis partes ſunt iudicandæ, Aſtronomia enim corpora cœleſtia contemplatur ueluti ſubiecta, Et uana ſunt diſcrimina tum à Simplicio tum à reliquis omnibus tradita inter Aſtronomiam & naturalem Philoſophiam de cœleſtibus pertractantem.

64 Perſpectiuæ uerò non ſubiicitur linea uiſualis, nec uiſus linearis, ſed uiſibile ſimpliciter ſecundum omnes paſſiones eius, Harmonicæ tandem ſubiicitur ſonus quò ad quid eſt & omnes paſſiones eius, Non autem chordarum harmonia, vt nonnulli crediderunt, Nec ſonorus numerus quod communiter exiſtimatur.

65 Sonum inquam muſica conſiderat non ob aurium oblectamentum quod plurimis uiſum eſt, ſed cognitionis gratia, Quare inter contemplatrices ſcientias eſt referenda, Ex his conſtat tres iſtas ſcientias diminutè eſſe, & imperfectè traditas, Quod, ni fallor, innumerorum ac grauium errorum cauſa in illis fuit.

SECTIO NONA
DE HOMINE INTELLEctiones ad opus dirigente.

1 PRæter ſpeculatiuum intellectũ habet homo actiuum, cuius diſtinctio à ſpeculatiuo tum à fine, tũ ab obiecto, tum etiam ab actu ſumi poteſt, primo quidem & præcipue à fine, pace Scoti, nec ſolum in habitu acquiſito, ſed etiam in acquirendo, ſecundario uerò ab obiecto, poſtremo ab actu.

2 Finis ſpeculatiui quis ſit iam diximus, Practici eſt opus, Eius obiectum eſt bonum nõ quidem omne ſed quod in operatione conſiſtit, Atque intellectus hic non menſuratur à rebus ſed illarum ipſe eſt menſura.

3 Bonum autem cognoſcit tum componendo, tum etiam diſcurrendo, componit quidem uniuerſales propoſitiones nullam particularem intelligendo, Diſcurſus quoque ſunt vniuerſales, Quare neque ſecundum ſe, neque cogitatiuæ annexus minorem propoſitionem particularem aſſumit, & particulare colligit, vt communiter exiſtimatur.

4 Bonum porrò hoc in operatione conſiſtens duplex eſt, aliud quidem agibile, aliud effectibile, Quare duplicem quoque habitum poterit intellectus practicus ſibi comparare prudentiam & artem.

5 Eſt quidem Ars habitus cum ratione uera in faciendo poſitus, Quam artem illa pertractare, quæ aliter cadere poſſunt uoluit ſexto Ethicorum Ariſtoteles, nec in iis quæ à natura ortum habent uerſari, continent enim principium hæc in ſeipſis omnia, Artificioſorum autẽ principium ſitum eſt in eo qui facit non in eo quod efficitur.

6 Præter cuius ſententiam affirmare primus non uerebor, Quamuis nonnullæ artes in ente per accidens uerſentur, atq; opus ſuum ex pluribus entibus efficiant ac cõſtruãt,

Vt Architectus domum, plures tamen ea quæ à natura fiunt pertractare, atq; illam imitantes eius effectibus opera quam ſimillima reddere.

7 Nec ſolum ſimilia, ſed etiam eadem, non proportione, ſed genere, & ſpecie, cum ars naturæ opera ad exitum ſæpe perducat, hæc item ab arte inchoata perficiat, Idem autem ſpecie ab intellectu atque à natura fieri quid prohibet? cum ille ob eius præſtantiam rerum naturas complectatur, ac referat.

8 Hæ igitur formæ ex arte factæ, aut illarum diſpoſitiones nullam ſubiecto uim afferent, Neque ad illas materia in potentia neutra ſe habebit, ſed in potentia paſſiua per ſe & naturali, ſicut ſe habet ad naturales formas.

9 Artium porrò alias ratione, alias aſſuetudine, alias rurſus ratione, & aſſuetudine à nobis acquiri uoluit Auerroes, ſed rectius, ni fallor dicemus omnes ratione, & aſſuetudine comparari.

10 Rerum cauſas artifices contemplantur, non omnes quidẽ ſed proximas, ac per illas definiunt, Nec tamen Simplicio eſt adhærendum duplicem operationem arti tribuẽtem, alteram quidem internam, & ſecundum habitum, ratione cuius ſcientia ſit finis artificum, reliquam extra tendentem, & ab appetitu procedentem, Nullo enim pacto Ars eſt contemplatrix, aut ſcientia eſt artificum finis.

11 Sed nec effectio ad opus eſt finis artis cum ſit præſtantius, In omni autem arte tria ſunt animaduertẽda, ſubiectum, finis, & inſtrumentum, Eſt quidem artium ſubiectum quod exornare, & ei aliquid tribuere ſtudemus, Finis uerò quod aſſequi contendimus, At inſtrumentum eſt medium ad propoſitum finem cõſequendum idoneum, in cuius natura, & uſu cognoſcendo omnem operam artes ponunt.

12 Quarum artium cum aliæ ſint architectonicæ, aliæ illis ſubſeruientes, architectonicarum ſubiectum proximum eſt homo, opus igitur, & finis erit aliquid homini tribuẽ-

dum, Inſtrumentum uerò quod erit opportunum, At
deſeruientium homo eſt remotum ſubiectum,proximũ
uerò architectonicæ inſtrumentum, cui earum opera &
fines deſeruiunt.

13 Inter Architectonicas igitur,& ſubminiſtrantes artes tum
à ſubiecto,tum à fine, tum ab inſtrumento erit accipien-
da diſtinctio,primo quidem à ſubiecto, ſecundo à fine,
poſtremò ab inſtrumento.

14 Architectonicarum autem inter ſeipſas diſtinctio à ſubie-
cto capi ſemper non poteſt, Ab eo tamen quandoque ac
cipi nihil prohibet,quamuis homo ſit omnium ſubiectũ,
ſæpe autem a fine, at ſemper ab inſtrumẽto ſumi poteſt,
ſubſeruientes quoque artes inſtrumento ſemper diſtin-
guuntur, uerum ipſæ præterea fine,& ſubiecto,ut pluri
mum ſeparantur, Arti opponitur in ſcitia, Quæ eſt habi
tus cum ratione falſa aliquid efficiendi.

15 Alterum intellectus practici habitum diximus eſſe prudẽ-
tiam, Quam patet non eſſe ſcientiam,neq; artem, ſed eſt
habitus intellectus practici ad ea agenda idoneus, quæ
uitæ hominum conducunt uel obſunt.

16 Hæc experientia adipiſcitur, experientia uerò memoria
comparatur, Eam uirtutem eſſe nonnulli falſo credide-
runt,cum ſit uirtutibus præſtantior, atque illarum prin-
cipium, & uinculum.

17 Vna eſt prudentia non plures, Diſputandi tamen cauſa
plures quoque ſpecie prudentias eſſe ſingulis uirtutibus
reſpondentes,atque ab inuicem ſeparari, & ſingulas à re
liquis diſiunctas conſiſtere poſſe defendam, præter Ari-
ſtotelis ſententiam.

18 Ex prudentia ortum ducunt virtutes,quarum uſus eſt fe-
licitas humana, & actiua illorum pace, qui in honore,
uoluptate, aut diuitiis beatitudinem collocarunt, Feli-
citatis porrò ratio eſt virtuti congruens operatio in uita
perfecta.

19 Non enim, quicquid Stoici pertinaciter defendant pau-

per,

per, ægrotus,& magnis calamitatibus oppreſſus,etſi prudens ſit atque ſtudioſus,beatus dici poteſt, ſed qui præterea corporis atque fortunæ bonis mediocriter affluat, vt uirtutibus uti commode poſſit.

20 Sunt quidem animi & corporis bona in nobis, fortunæ uerò extra nos,Quare his præclariora ſunt illa,Dicuntur autem quæ à fortuna bona,non quia aliquod bene ſe habeat,quia in ipſo ſint,ſed quia ad illud referãtur, horum igitur bonorum præſtantia omnis in relatione conſiſtit.

21 Inter præſtantiora autem fortunæ bona honor,& nobilitas iure cenſentur, Honor quidem ſignum eſt opinionis quod is uirtutes exerceat cui defertur, Honorãtur enim honeſta opera,ut uirtutes uerè laudantur. Atque id eſt diſcriminis inter honorem & laudem.

22 Quem honorem in honorato, atque honorante ideo eſſe, quia iucunditas quæ honorem conſequitur ſit in utroq;, non eſt,ut mea fert ſententia,affirmandum, cum potius nec in honorato,neq; in honorãte ſit honor, magis tamẽ in honorante eſſe quam in honorato dici debeat.

23 Nobilitate autem florere eſt maiores uirtute claros habuiſſe, Quare boni uiri, aut principes nobiles non ſunt exiſtimandi niſi eorum maiores uirtute præſtantes extiterint.

24 Veniunt porrò homines natura in ſocietatem, Homo etenim ſolitariam uitam degens, aut Deus eſt, aut beſtia, Atque ſocietas omnis boni alicuius gratia conſtituta eſt; maxime autem ſecundum naturam ſocietas eſt mari cũ fœmina, Cuius ſocietatis finis eſt procreatio liberorum, non ſolum ut id naturæ tributum ferãt homines,verum etiam ut commoda inde ſuſcipiant.

25 Præeſt atque imperat uir uxori ciuiliter, Vxoris uirtutes ſunt pudicitia, & ſedulitas abſque illiberalitate, officia autem liberos nutrire, partas facultates cuſtodire, & quæ domi ſunt rectè adminiſtrare, Viri ipſius officia ſunt liberos erudire, facultates augere, & negocia ex-

terna peragere.

26 Secunda igitur ſocietas ex prima orta erit patris, & natorum, quibus regie pater imperat, Tertia autem domini & ſerui, cui ſeruo præeſt dominus vt Tyrannus, & hæc quoq; ſocietas multorum pace, eſt naturalis, Serui enim natura ſeruiunt, ac parent, Dominus uero natura imperat, ut anima corpori.

27 Ex his conſtituitur domus, ex domibus pagi, ex pagis uero ciuitates fiunt, Homo enim natura ciuilis eſt non ſolum ſocietati aptus, Quare homo, domus, & pagi ſunt gratia ciuitatis.

28 Eſt autem ciuitas perfecta ſocietas ad bene beateq; uiuendum, Atque a domo ſpecie differt, non enim magna domus eſt ſicut parua ciuitas, vt nonnulli credebant.

28 Perfecta inquam ſocietas liberorum hominum, & præſertim bonorum, ſerui autem, artifices, mercatores, & agricolæ, uirtutes, ni fallor, aſſequi nequeunt, Quare ciues non ſunt cenſendi.

30 Idem enim munus, atque eadem uirtus eſt boni ciuis, & uiri optimi, atque idem finis eſt ciuitatis & unius hominis, nam beata uita ambobus proponitur, Quare ciuilis ſcientia, & prudentia idem erunt animi habitus diuerſa ratione ſumptus.

31 Quæ ciuitas eſt ueluti corpus quoddam magnum animatum, Eius autem uita eſt reſpublica, Quæ eſt ordinatio ciuitatis circa omnes magiſtratus, Reſpublicæ autem ſpecies tres ſunt rectæ, Regia gubernatio, optimatum, & popularis, quæ communi nomine Reſpublica uocatur.

32 Reliquæ porro omnes harum ſunt euerſiones, inter has uero quæ ſit optima non facile eſt iudicare, cum maximi, & grauisſimi Philoſophi inter ſe diſſentiant, crederem tamen Regnum & ſecundum Ariſtotelis ſentētiam, & ſecundum ueritatem eſſe præſtantisſimam gubernandi ſpeciem, huic proximam optimatum, poſtremam popularem.

33 Filios autem, vxores, & facultates communes eſſe non eſt ciuitati utile ut Socrates cenſebat, Cum omnia communia facere ſit ciuitatem euertere, atq; eam domũ efficere.

34 Quæ ciuitas iuſtitia conſeruatur, Iuſta enim ſunt quæ beatam uitam, ac eius partes in ciuili ſocietate efficiunt, ac tuentur, Non eſt autem Iuſtitia uirtus aliqua, ſed habitus medius in operationibus ciuilibus, Atque á virtute differt, quia hæc eſt circa paſſiones, illa ueró circa operationes, hæc paſſionum media illa operationũ, hæc inter uitia, illa inter paruas operationes, & iniuſtitias poſita.

35 Amplectitur porró generalis iuſtitia uirtutes omnes, nec abſque eis conſiſtere poteſt, Quæ etiam legitima dicitur, cum de ea leges ferantur, leges autem ſunt rebus publicis accommodandæ, atque in communes, & proprias partiuntur.

36 Omnes tamen tum communes, tum propriæ ſi recté latæ fuerint naturales ſunt cenſendæ, Etſi forte rectius proprias non á natura ſed ab hominum arbitrio, & uoluntate uim accipere dicendum ſit.

37 Vniuerſæ autem iuſtitiæ pars eſt, quæ in æquitate conſiſtit, atque partitur in diſtributiuam, & commutatiuam, In illa Geometrica proportio ſeruanda eſt, in hac Arithmetica.

38 Eſt autem commutatiua iuſtitia mediocritas inter facere, & accipere iniuriam, atque in plures ſpecies diſtribuitur, Iniuriarum porró quædam ſunt circa honorẽ, quas qui fecerit pœnas luere oportet, Qui autem acceperit ulciſci iniuſtum eſt.

39 Quare, ni fallor, ſingulare certamen non eſt iuſtum, aut ciuiliter concedendum, Quod ut pietas, & religio uetat, ita humana prudentia damnat.

40 Quod ſi populariter, atque ex hominum iam recepto uſu loquendum eſt, quando ad ſingulare certamen deueniẽdum ſit quæſo inſpiciamus, Eſt quidem honor populariter ſumptus ſignum opinionis quód is cui honor defer-

tur aut beneficia contulerit, aut conferre poſſit, Qui honor nec uitæ, nec ſanitati, vt puto eſt præferendus.

41 Ei opponitur contemptus, qui eſt ſignum opinionis, quod is qui contemnitur nihili æſtimetur, partes contemptus ſunt deſpectus, uexatio, & contumelia, per quæ honor amittitur.

42 Si autem contemptor ui, aut inſidiis iniuria aliquem affecerit ipſe exiſtimationem amittit, Nec iniuria affectus illum ad ſingulare certamen prouocare, aut iniuriam ulciſci tenetur, cum autem iniuria eſt ulciſcenda non æquali ſed ſemper maiori iniuria eſt propulſanda.

43 Quod ſi actor non fuerit miles aut ſit princeps, ac magnis dignitatibus exornatus, reus uero ei longe inferior illum actor uel per ſe ipſum uel per alios ui aut inſidiis aggredi, & interficere poteſt abſque ſingulari certamine, nec aliquam ut puto, ignominiæ notam ſubit.

44 Vel ſi ei uidebitur alium ſubſtituere poterit, qui pro eo ſingulariter certet. Miles uero, ſi ſenectute, aut morbo non grauetur, reum ad ſingulare certamen prouocare tenetur.

45 Atque reus ad ſingulare certamen uocatus cuiuſcunq; dignitatis, ordinis aut ætatis fuerit, iure recuſare nō poteſt, quiſquis fuerit actor, modo non ſit infamis.

46 Nec aliquid refert an contemptum & iniuria affectum a contemptore iure laceſſitum eſſe deprehendatur, an iniuria, Quod ſi deprehendi non poſſit tunc ad ſingulare certamen ſit deueniendum, quamuis inde fortaſſe ſingulare certamen ortum duxerit, vtcunque enim res ſe habeat eadem uis eſt contumeliæ, Quare eadem eſt certandi occaſio.

47 Ceterum huiuſcemodi controuerſias paces quandoque ſedant, ac dirimunt, atque certandi occaſionem auferunt, cum damnum reſarciant, Quæ paces ſi uolens ac ſciens reus actorē iniuria affecerit, nec uerba ſint ambigua, nunquam, ut mea fert ſententia, recte confici queunt.

48 Etſi altero aliquid damni cõtrahente ſemper fieri poſſint, actore quidem plurimum lucri faciente, reo autem detrimentum accipiente paces conficiuntur, cum reus in actoris manum ſe totum libere tradit, & ſui poteſtatem illi facit, atque inique ſe geſſiſſe fatetur, ſed ſingula quæque perſequi nimis longum eſſet, hæc igitur pro ſententia noſtra breuiter iudicanda ſufficient.

49 Totam autem hanc ciuilem ſcientiam, atque prudentiam, ut homines perciperent fuit Politica à Philoſophis conſcripta, cuius ſubiectum eſt homo quatenus habet intellectum practicum, Finis optima uita actiua, Inſtrumentum uero optimæ ciuitatis conſtitutio.

50 Cuius auditores idonei ſunt ſolum liberi, & qui ciues eſſe poſſunt, ex his uerò pueri ſunt excipiendi, Nõ iuuenes, hi nanque ſunt maxime apti, Incontinentes etiam ſunt expellendi, Quos tamen fructum ex hac ſcientia percipere defendam.

51 Hæc cum ſit architectonica & principalis facultas, Arti militari, Rhetoricæ, imitatricibus artibus, & hiſtoricæ imperat, Inter quas ſubſeruientes prima eſt militaris, Cuius ſubiectum eſt ciuitas moribus, & legibus inſtituta, Finis uerò conſeruatio eius ab externis populis.

52 At inſtrumentum eſt bellum, quod iuſtum eſſe poteſt, etſi gratia pacis ſit inferendum, vt negocium gratia ocii, & neceſſaria, at que utilia honeſtorum gratia quæruntur.

53 Arti militari perfectione proxima eſt Rhetorica, Quæ vtilis eſt, atque etiam neceſſaria, Ars autem non eſt.

54 Sed facultas perſpiciendi, inueniendi'ue quid in quaque re poſsit eſſe perſuadibile, Quare circa indeterminatum genus uerſatur, Et Dialecticæ æquipollet, Idem enim eſt perſuadibile, atque probabile.

55 Et quamuis de omni propoſita quæſtione diſſerere ualeat, de ciuilibus ſolum agit, & in illis uerſatur, atque ob id à Dialectica diſtinguitur, ac proprias ſedes, & argumentationes habet.

56 Eius igitur ſubiectum erit homo quatenus habet princi-
pium agendi, finis uerò non erit apte dicere ad perſua-
dendum, nec perſuadere, ſed fides agibilium, illud uerò
eſt officium.

57 At inſtrumentum eſt oratio probabilis, per eam enim de-
monſtrant, ac fidem faciunt oratores, Quorum demon-
ſtrationes aliæ in oratione, aliæ in ipſorũ moribus, aliæ
in auditoris animi permotionibus poſitæ ſunt, in oratio
ne quidem ſitum eſt exemplum & enthimema.

58 Quod enthimema eſt præcipua oratorum demonſtratio,
atque à ſyllogiſmo Dialectico non dinſtinguitur, etſi al-
tera propoſitio, ut nota, perſæpe in eo ſilentio prætere-
tur, Exemplum uerò inductioni proportione reſpõdet.

59 In moribus autem ſitam eſſe aliam probationem non ita
eſt intelligendum, vt anteacta uita laudabilis, & optimi
oratoris mores, quod Dionyſius, & alii crediderunt, ad
fidem faciẽdam conferat, ſed oratio quæ talem oratorem
effingit, ut ei fides adhibenda uideatur, hoc enim maxi-
me prodeſt, illud non obeſt.

60 Tertium perſuaſionis genus in animi affectu poſitum eſſe
diximus, Quod non eſt ad Rhetoricum negocium ne-
ceſſarium, etſi in eo Rhetores præcipuè laborauerint, ſed
nos de eo, ut ex ſuppoſitione neceſſario loquimur.

61 Dicendi autem genera tria ex temporum, auditorum, ac
finium diſcriminibus inuenit Ariſtoteles Deliberatiuũ;
Iudiciale, atque Demonſtratiuum, ſed nos, vt opinor, re-
ctius plura ponemus, cum gratulatio, conſolatio, & hu-
iuſmodi ad hæc tria non ſint reducenda.

62 Omnibus iudiciale genus Cicero prætulit, Ariſtoteles de
liberatiuum, Cuius finis ſi eſt vtile, vt ipſe inquit, De-
monſtratiuum non ſolum iudiciali ſed etiam deliberati-
uo præponendum mihi uidetur, cum optimum habeat
ſibi propoſitum finem.

63 Quamuis deliberatiui finem non eſſe utile, ſed honeſtum,
pace Ariſtotelis aſſeremus, atque ob id genus hoc omni-

bus præſtare, Demonſtratiuum uerò iudiciali.

64 Partes autem orationi neceſſario requiſitæ ſunt propoſitio, & fides ſiue probatio, Procemium enim ex accidenti requiritur, Narratio uerò & peroratio non ſunt orationi omni adhibendæ, Nec eſt narrationi, vt communiter exiſtimatur, unus in oratione locus, cum plures poſſit in ea ſedes obtinere.

65 Quæ oratio multis ornamentis exornatur, & figuras recipit quæ non ſolum ſententiæ ſunt, & uerborum uerum etiam pronunciationis, Quamuis figuræ pronunciationis hiſtrionicæ arti per ſe relinquuntur, ſententiæ autem, & uerborum figuras, atque omnia dicendi ornamenta breuitatis cauſa omittemus, ut ad difficiliora tranſeamus.

66 Vnum illud de numero ſilentio non prætereuntes ipſum in omni dicendi genere, & præſertim demonſtratiuo adhibendum eſſe, Inter numeros uerò pæanem eſſe ſolutæ orationi aptiorem, quàm ſit creticus aut dichoreus, quos numeros Cicero extollit.

67 Sed ne ſigillatim unumquodque perſequar, quicquid in libris Rhetoricorum Ariſtoteles aſſeruit, id omne ad diſceptandum propono.

68 Præter quam Rhetoricam Poëtica non eſt ab optima Republica excludenda; Quæ quidem non eſt Rhetoricæ pars nec propriè nec communiter acceptæ, vt nonnulli uoluerunt, ſed Ars eſt à Rhetorica longè diuerſa; & inter imitatrices præcipua.

69 Cuius ſubiectum eſt homo quatenus habet principium agendi, Finis uerò affectuum purgatio cum uoluptate.

70 At inſtrumentum eſt ſuaui ſermone imitatio actionis humanæ perfectæ magnitudinem habentis, hæc enim eſt poëſeos definitio, Quare omnium Poëmatum genus, quicquid grauiſsimi uiri ſentiant, erit imitatio.

71 Poëtæ autem officium eſt aptè imitando dicere ad delectandos animos, atque affectibus expurgandos, Vtilitas

quidem ex actione, delectatio uerò ex imitatione præcipuè petenda eſt.

72 Vnum porrò poëma illud eſt in quo una actio imitatur, Quòd ſi plures unius, aut multorum actiones imitaremur plura efficeremus Poëmata, Quod apud omnes gentes, ſemper, atque in omni idiomate conſtantisſimæ ueritatis ſt.

73 Vna eſt autem actio, cuius unus eſt finis ad quem omnia tendunt, Actionis uerò finis eſt poſt quem nihil neceſſario eſt, ipſum uerò poſt aliud natum eſt eſſe neceſſario, aut plerunque.

74 Non poteſt quidem actio affectus purgare niſi metum, uel confidentiam pariat, metum autem miſericordia, confidentiam lætitia ſequitur, Per hos igitur affectus alias animi perturbationes, non eaſdem, vt nonnulli uoluerunt, actio imitata expurgat.

75 Quæ optime eſt imitata cum maxime delectat, maxime autem delectat, cum omnia in ea Poëta ueriſimiliter effinxit.

76 Veriſimiliter autem effinxit ſi fabulam recte conſtruxit, mores expresſit, ſententiam demonſtrauit, dictionem quoque aptam elegit.

77 Fabulam uerò rectè conſtruxit, ſi tot, & tales perſonas induxit quot, & quales actionem egiſſe ſit ueriſimile, Si nodum recte conficit, ſi denique eius ſolutionem optimam attulit, quæ ex fabula non ex machina proficiſci debet.

78 Fabularum optimæ ſunt complicitæ, quæ Peripetiam, & agnitionem continent, Non eſt autem Peripetia, vt doctisſimi uiri dixerunt, Fortunæ in contrarium mutatio, ſed cum aliquid præter ſpem euenit & propoſitum finē, atque finis oppoſitum caſu contingit.

79 An uerò liceat Poëtæ ſoluta oratione uti, vt dialogi poëmata dici posſint, nec ne, minima non eſt difficultas, ego diſputandi gratia utranque partem defendam.

Etſi

80 Etſi citra controuerſiam ſuauius, atq; naturæ etiam accommodatius ſit poëma metrica oratione confectum, Quare poëmata quæ hetruſca lingua efficiuntur minus erunt iucunda quàm Latina aut Græca cum metris careant.

81 Sed carmine utantur ſolutæ orationi non diſſimili, eius auctorum atq; ſectatorum pace, illud uerò ornamẽtum, quod rimam uocant, non eſt numerus ut Dantes credidit, nec conſonantiá vt poſteriores, nec utrunque ut doctiſſimi uiri poſtremo aſſeruerunt.

82 Verum, ut mea fert ſententia, eſt exornatio illa Ariſtoteli non ignota quæ παρομοιώσεως ſpecies eſt, & per quam orationis membra ὁμοιοτέλευτα nuncupãtur ſicut cum ex numero æqualibus ſyllabis hæc carmina conficiuntur exornatio illa adhibetur ab Ariſtotele παρίσωσις appellata.

83 Hæc ad poëma in uniuerſum ſpectant, differunt autem poëmata inter ſe quia, uel diuerſa, uel diuerſis, uel diuerſimode imitantur, Hinc plures poëſeos ſpecies oriuntur inter quas Tragœdia Comœdia, & Epopeia imprimis celebrantur, Quæ maiori etiam indigent artificio.

84 Inter has quæ principem locum obtineat eſt inter Platonem, & Ariſtotelem controuerſia, Plato etenim Epopeiæ primas tribuit Tragœdiæ Ariſtoteles, cui aſſentior, Etſi Platonis quoque ſententiam diſputationis gratia defendam.

85 Eſt autem Tragœdia imitatio actionis unius perfectæ, atque illuſtris, quæ agendo fit ſermone rhithmo, & harmonia, & metu ac miſericordia animum ab affectibus expurgat.

86 Actio quam imitatur an re uera geſta fuerit quandoque uel eam primus finxerit Poëta nihil refert, Quicquid plures grauiſſimi uiri ſenſerint, vnius autem diei curriculo abſolui, & finem conſequi neceſſe eſt.

87 Quem finem triſtem eſſe par eſt, & cædes publice & coram populo perpetrari, pace Horatii, non eſt præter artem.

88 Tragicomœdias autem ex arte confici poſſe non exiſtimo cum uitium maximum ſit tragicam actionem finem iucundum habere.

89 Præter fabulam, morem quoq;, ſententiam, dictionem, apparatum, & melodiam Tragœdia requirit, mores quidẽ pro ratione perſonarum probos, Dictionem autem ueneratione dignam, Quam uarietate linguarum, trãslatione, extenſione, & aliis ſimilibus conſequetur.

90 Partes Tragœdiæ ſunt Prologus, Epiſodium, Exodus, & Choricum, uerum, vt multa uno uerbo perſtringam, quæcunque dixit Ariſtoteles in libro Poëtices in quo de Tragœdia, & Epopeia tractauit omnia diſputanda propono.

91 Sed quia ille Comœdiam omiſit, aut ſi quæ de ea docuit temporum iniuria perierunt, nos nonnulla dicemus, Eſt igitur Comœdia imitatio actionis unius perfectæ, & humilis, quæ agendo fit ſermone, rhithmo, & harmonia, atque ſpe, & lætitia animum ab affectibus expurgat.

92 Finem alacrem & iucundum neceſſario poſtulat, vt quandoque etiam virum infimum Regem euadere ac ſummis dignitatibus exornari effingere poſſit ex arte comicus, Etſi hoc ſit præter cõſuetudinem, & grauiſſimorum uirorum ſententiam.

93 Optima uerò eſt ea Comœdiæ fabula in qua homines nõ flagitioſi, humiles, ac parum potentes cum in calamitates incidiſſent partim ipſorum induſtria, partim fortuna ex illis malis emergunt, atque optatum finem conſequuntur.

94 Partes tum quales, tum quantas, eaſdem habet Comœdia, quas Tragœdia, Sed ei ſermones, & opera ridicula conueniunt, Ridiculum uerò eſt peccatum & turpitudo ſine dolore minime noxia, atque admirationem excitans, ſed hactenus de Poëtica.

95 Ciuili porrò facultati deſeruit quoque ars conſcribendi

hiſtorias, Cuius ſubiectum eſt homo quatenus agit, Finis experientia rerum agibiliuw, Inſtrumentum uero rerum geſtarum narratio.

96 Vna eſt quidem hiſtoria, quæ unicam actionem narrat, Cum uero plures multorum, aut vnius actiones enarrantur, iam non una, ſed plures cenſendæ ſunt hiſtoriæ, & vt mea fert ſententia, præter artem conſcriptæ.

97 In qua hiſtoria conſcribenda rectis concionibus uti debet auctor, præcepta autem ad bene uiuendum, & res prudenter gerendas adnotare, Aut de rebus geſtis commentari, atque aliquid coniicere, aut omnino ex ſeipſo aliquid proferre eſt ab hiſtoriographo alienum, Qui optime actionem narrabit ſi eam ob oculos ponet, Ponet autem, ſi loca, tempora, perſonas, cauſas actionis, & exitum dilucide explicabit, ita euim fiet ut iam non audire, ſed res geſtas uidere nobis uideamur.

98 Atq; hæ ſunt præſtantiores facultates, & artes ciuili ſcientiæ deſeruientes, verum poſtquam intellectus omnia cognitione comprehenderit, atque prudentiam, & actiuos habitus adeptus fuerit, poſſibilis cum agente copulatur, & rectus effectus totus colluſtratur, atque perficitur, & iam intelligentia euadit.

99 Quam phantaſia cõſequitur ſicut orbis intelligentiam, Intelligit porro tunc ſeipſum, & inferiora omnia perfecte, Sed Deo ei copulato ſuperiora quoque, & Deum ipſum intuitiue contemplatur, Quæ eſt hominis poſtrema felicitas.

SECTIO DECIMA
DE APPETITV ET VI MOTIVA.

1 IAm de iudicatiuis, et cognitricibus animæ facultatibus actum eſt, quibus reſpondent Appetitiuæ, Eſt autem appetitus facultas qua animalia bona capiunt, mala uero fugiunt, Bona inquam & mala apparentia non uera.

2 Quæ facultas non eſt anima à comprehenſiuis diſtincta, ſed eadem eſt diuerſa ratione ſumpta, Et eundem inter ſe appetitiuæ uires præſtantiæ ordinem ſeruant, quem iudicatiuæ.

3 Intellectui porrò ſpeculatiuo reſpondet uoluntas uniuerſalium bonorum intelligibilium, Quæ enim intellectus intellexit uoluntas diligit, Actiuo reſpondet uoluntas uniuerſalium bonorum agibilium, Cogitatiuæ uolũtas rationalis ſingularium intelligibilium, atque agibilium, Reliquis ſenſibus appetitus irrationales.

4 Qui cunctis animalibus, perfectis præſertim inſunt, atq; neceſſarii, & naturales ſunt, ſemper enim eodem modo appetunt qui cum rationi & liber uoluntati pareant libertate frui cenſendi ſunt.

5 Horum autem appetituum partes ſunt affectus omnes, qui ne dum in hominibus, ſed in brutis quoque conſpiciuntur, Atque diuerſi pro diuerſarum temperierum ratione diuerſis animalibus aſcribuntur. Quocirca ex corporis ſimilitudine in hominibus deprehenduntur, Atq; inuenta fuit Phyſiognomia cuius argumentationes non ſunt neceſſariæ.

6 Non enim mores animi corporis temperaturam ſequuntur, vt uidetur aſſerere Galenus, Chiromantia uerò mores nec etiam probabiliter indicat, nec fortuna prænunciat, aut præterita coniicere poteſt, vt communiter exiſtimatur, ſed ſolum uitæ diuturnitatem, atque temperiei, præſtantiam leui ſigno demonſtrat, verum hæc quoque

illam oſtendere nullo pacto poſſe præter Ariſtotelis ſententiam defendere conabor.

7 Ceterum uoluntates, actiuo præſertim intellectui, & cogitatiuæ reſpondentes liberæ ſunt nō quidem ratione ſui, ſed ratione facultatis cognitiuæ cui deſeruiunt, illa nanq; eſt libera & bonum ut malum, malum item ut bonum iudicare pro ſuo arbitrio poteſt; Quod autem ipſa bonum eſſe duxit uoluntas perſequi eſt coacta, ſi Ariſtotelem ſequamur.

8 Voluntatis enim obiectum bonum, quicquid dicat Scotus, Actus uero poſitiuus eſt uelle, priuatiuus non uelle, Quod idem eſt, atque nolle, eiuſdem Scoti pace.

9 In omni porro natura cum ſit id quod excedit, quod ſuperatur, & æquale notare; In perturbationibus æquale & medium ratione noſtri, quod nec tranſit modum, nec deſerit eſt uirtus, quam inuenire difficillimum eſt, ut circuli medium non cuiuſuis eſt, ſed periti tantummodo reperire, Hæc moribus, à quibus nomen duxit quod paulum à conſuetudine deflexit omnino comparatur.

10 Ex quo perſpicuum eſt nullam omnino moralium uirtutum ingenerari nobis natura, nihil enim quod inſitum & innatum eſt aliter atque eſt, aſſueſcit. Quid ſi tuobor uirtutes omnes in nobis eſſe?

11 Quas ad numeros referēdo Pythagoras, & ſcientias illas efficiendo, atque in rationali facultate collocando Socrates erraſſe uidentur, Eſt enim uirtus habitus appetitus ad agendum impellens in mediocritate poſitus, ea quæ nos attingit, ratione ſic rectus, ut prudens præſcripſerit.

12 Quare fatendum eſt uirtutem omnem in quo ipſa ſit eum probe affectum reddere, officiūque ac munus eius rectè exequi, Nec uirtutem aliquam ſine prudentia eſſe, Quid ſi uirtutes abſq; prudentia eſſe defendo?

13 Virtuti uitium aduerſatur quod in noſtra poteſtate eſt, & in extremitatibus eſt collocatū nimio & paruo, Quare ſingulis uirtutibus duo uitia erunt oppoſita, Extrema

enim ſunt mediis contraria, Etſi grauius alterum extremorum peccatum ſit leuius alterum, Quibuſdam enim uirtutibus magis repugnat uitium quod eſt in nimio, quibuſdam quod eſt in paruo.

14 Sed inter ſe quoque uitia opponuntur, & magis, inter extrema enim maior eſt repugnantia quam cum medio, Quandoquidem longius abeſt alterum ab altero, quam à medio utrunque, Qui autem paulum aliquid decorū egreditur non eſt in uitio, ſed qui longius euagatur reprehenſione carere minimè poteſt, Inter uirtutem autem, & uitium non eſt quidam medius habitus à quo ad utrunque poſſit fieri tranſitus, vt uidetur aſſerere Alexander.

15 Ceterum quoniā in ſingulis rebus actiones, & officia uerſantur, quibus debet reſpondere oratio, ad ſpecies uirtutum deſcendendum eſt, virtus enim eſt genus, quod non uidetur concedere Alexāder, In uirtute autem hæc ſunt animaduertenda, Quantum, quando, quà de cauſa, & quomodo.

16 In metu quidem & confidentia fortitudo mediocritas eſt uirtus, ſed magis in metu, Non igitur audaces fortes ſunt, nec irati, nec etiam amantes, ſed qui ob honeſtatem pericula ſubeunt, Fortitudinis finis iucundus eſt, ſiquidem honeſtus, uitia ſunt ignauia, & audacia, atque ignauia fortitudini magis aduerſatur quàm audacia.

17 In voluptatibus autem, & doloribus, magis autem in voluptatibus, non quidem omnibus, ſed iis quæ ad guſtum & tactum pertinent, præcipuè autem ad tactum eſt temperantia uirtus, vitia ſunt intemperantia, & ſenſus orbitas, ſed intemperantia magis uirtuti aduerſatur, Quas enim ad res natura magis ſumus procliuiores natura eæ ſunt medio magis contrariæ.

18 Reliquæ uirtutes ſunt liberalitas, & magnificentia, magnitudo animi, clementia, ueritas, vrbanitas, & facilitas, nec præter has alia eſt humanæ uirtutis ſpecies.

19 Pudor enim non eſt uirtus,etſi nonnunquam in iuuene ſit laudabilis paſſio, in ſene autem ſemper eſt uituperatione digna.

20 Indignatio quoque quam νέμεσιν Græci uocant non eſt uirtus, nec inuidia uitium,ſed hæc ſemper accuſanda,illa uerò laudibus extollenda paſſio. Quam tamen diſputandi gratia uirtutem eſſe defendam.

21 Virtutes porrò omnes inter ſe prudentiæ uinculo connectuntur, Nec una aut plures à ceteris diſtractæ conſiſtere poſſunt, idem enim laude, & uituperatione dignus eſſe minime poteſt, Qui igitur uirtutum aliqua prædìtus eſt, omnibus eſt ornatus non ſolum perfectione intrinſeca, uerum etiam extrinſeca.

22 Etſi diſputationis cauſa præter Ariſtotelis ſentẽtiam inter ſe annexas non eſſe uirtutes, ſed ſingulas à reliquis ſecluſas per ſe manere poſſe defendam.

23 Præter uitioſitatem fugienda eſt impotentia ſeu incontinentia in moribus, quæ hominibus ſolum contingit,qui res uniuerſales comprehendunt,Verſatur autem in iis ſolum uoluptatibus,in quibus intemperãtia, Quid ſi in omnibus eſt uoluptatibus?

24 Habet impotens ſcientiam boni, Quare ab intemparante, pace Socratis ſeparatur, Agit tamen imprudenter ui perturbationis commotus vt ebriis contingit,Ei opponitur Continentia, Turpior eſt autem cupiditatum impotentia, quàm iræ, Quodammodo enim paret rationi ira,cupiditas non item.

25 Aliud in moribus fugiẽdum eſt immanitas,& feritas qualis illorum eſt qui humana carne ueſcuntur, uel cruda, Quæ affectiones finem uitii modumq; tranſeunt, Atq; ex morbo, uel ex conſuetudine, uel ex uitioſa,& deprauata natura ortum ducunt, Immanitati autem,& feritati ea uirtus eſt contraria quæ ſupra nos eſt, Quæ eadem Heroica, & diuina dicenda eſt.

26 Inter reliquas perturbationes eſt amor, cuius habitus eſt

amicitia, Amicorum enim uis omnis eſt in amore, Amicitiam autem alii ſimilitudinem eſſe dixerunt, Quorum priores rectius locuti ſunt; contrarium enim non appetit contrarium per ſe, ſed fortuito, Etſi neutrum per ſe ſit amicitia.

27 Quæ eſt beneuolentia mutua diuturna, non ignota, hæc in eo magis eſt quod colas, quàm quod colare, Diliguntur autem ſolum ea in quibus eſt cauſa diligendi, Ineſt autem in quibus aut honeſta aut utilia, aut iucunda ſunt, Quare tres erunt amicitiæ ſpecies rebus amabilibus æqualiter paritercꝫ reſpondentes, Fructuoſa, iucunda, atque honeſta.

28 Suauitatis porrò utilitatiſcꝫ cauſa, & malis inter malos, & bonis cum improbis, & neutris cum quolibet amicitia eſſe poteſt, In Solis uerò bonis perfecta eſt, & uera amicitia.

29 Primam enim & propriè amicitiā illam nominamus, qua uiri boni pari uirtute prædìti inter ſe coniuncti ſunt, & copulati quia boni ſunt, reliquas ex ſimilitudine. hæc autem amicitia non eſt uirtus, ſed cum uirtute copulata, & maxime laudabilis.

30 Cernuntur quidem hæ de quibus diximus amicitiæ in æqualitate, ac parilitate, aliud uerò eſt genus amicitiæ quod in excellentia, & præſtantia cernitur, qualis eſt patri cum liberis, ſeni cum adoleſcente, uiro cum uxore, & principi cum eis quibus præeſt. Atque horum inter ſe amicorum diuerſæ ſunt amicitiæ, nō enim eadem eſt patri cum filio, & filio cum patre amicitia, idem dicendum etiam de reliquis, cum non eadem ſit diligendi cauſa, ſed hactenus de amicitia.

31 Exequitur tandem appetitus quod cupit, quæ potentia executiua non eſt ab appetitu, & uoluntate ſeiuncta, atq; diuerſa, Actionem autem omnem ſequitur uoluptas, aut dolor, Quæ uoluptas non eſt ſummum bonum, nec per ſe bona, vt videbatur Eudoxo, ſed nec etiam mala,

aut

aut indifferens, Non eſt igitur honeſtum gratia uolupta tis eligendum, ſed uoluptas gratia honeſti.

32 Voluptati opponitur dolor, non labor, qui dolor non eſt ſuapte natura malus, Quid ſi tueor dolorem omnem na tura malum eſſe? Voluptatem autem ei oppoſitam non ſemper bonam, ſed ſæpe malam, Seu uoluptatem om nem per ſe bonam eſſe?

33 Non ſunt porrò uoluptates eiuſdem ſpeciei, ſed tot ſpecie quot actiones quas conſequuntur, Cum inter ea quoq; bona connumerentur, inter quæ actiones, Quales enim actiones ſunt, tales ſunt uoluptates.

34 Nulla eſt igitur uoluptas quæ nec bona, nec mala ſit, ſed in differens, Etſi inter dolorem & uoluptatem mediũ eſſe tueri poſſit, cum nonnunquam, nec dolorem, nec uolup tatem percipiamus.

35 Eſt quoque appetitus corporis animalium motiuus non intellectus, aut ſenſus, aut imaginatio, Bonum autem ap parens eſt finis motionis animalium, Quod quidem non ſemper eſt bonum, Et iccirco ſemper non mouentur ani malia, Sed eorum motus terminum habet.

36 Bonum itaque apparens eſt mouens immotum, Appeti tus autem, & reliquæ animæ potentiæ mouentia mota, mouet enim bonum imaginationem, imaginatio appe titum, appetitus affectiones, affectiones uerò partes orga nicas conuenienter diſponunt.

37 Pars autem organica motionis principium, atque inſtru mentum cor eſt non cerebrum, A quo corde nerui om nes originem ducũt non à cerebro aliquo modo, in quo nullus eſt neruus, pace Medicorum, & Ariſtotelis inter pretum, quid ſecundum Ariſtotelem ſit neruus, ni fal lor, non intelligentium, Quocirca hi illum defendentes, laborant, illi uerò reprehendunt, atque derident.

38 In corde porrò exigua alteratione facta multa in corpore fit differentia, vt in nauigiis contingit temone paululum translato, effundit enim cor ſpiritus in partes organicas

minus principales, Quorum ſpirituum natura, tum attractiua, tum impulſoria eſt, motionum autē opera ſunt impulſus, & tractus, iccirco inſtrumentum tum contrahi, tum augeri poſſe oportet.

39 Quæ inſtrumenta non ſunt muſculi, ſiue lacerti, ſed ea particula, qua pars comprimens, & compreſſa, ſiue mota, & quieſcens connectuntur, atque in utriuſque extremitate collocatur, Præter Ariſtotelis autem ſententiam lacertos quoque motionis inſtrumenta eſſe defendam.

40 Omnia porrò quæ incedunt animalia partem comprimentem, & compreſſam habent, Quæ comprimitur ſtat, quæ uerò eleuatur extenditur ad id quod pondus ſuſtinet, Quocirca in ſeipſis animalia quieſcens quippiam habere oportet, unde motionis eſt initium & extrinſecus aliquid eſſe debet quieſcens ad quod ſint innixa.

41 In iis autem animalibus dextrum et ſiniſtrum opere diſterminantur, vnde enim mutationis per locum naturaliter eſt initium, id unicuiq; dextrum eſt, oppoſitum uerò, & quod conſequi hoc natum eſt ſiniſtrum.

42 Horum porrò animalium ea quæ ſunt ſanguine prædita, quatuor ſolū notis mouentur ſurſum, deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum, Quocirca plures quàm quatuor pedes habere eſt impoſsibile, exanguia autem multo plures habere poſſunt, Omne tamen pedeſtre animal pares neceſſario pedes habet.

43 Ceterum dum mouentur, & agunt animalia ut fines adipiſcantur ſuos, Quos contingenter pace Chryſippi conſequuntur, varias difficultates ſubeunt, atque impedimentis à propoſito fine quandoq; diſtrahuntur, Bruta quidem caſu de quo iandudum locutum eſt, homo uerò fortuna, quæ eſt cauſa per accidens in iis, quorum ratio eſt cauſa per ſe.

44 Hæc màximam ſui excitat admirationem, A ratione autem, ſiue appetitu rationali re non diſtinguitur, ſed ratione ſola, Siquidem appetitus rationalis cum quip-

piam præter intentionem, & propoſitum efficit fortuna iure ſuo nuncupatur, Quod, ſi impedimenta omnia ratio ſuperarit, optatum finem homo conſequitur, quem me in hoc tam arduo, atque periculoſo certamine adipiſci faxit Deus.

F I N I S.

Diſputabuntur triduo Patauij in templo D. Antonij, Menſe Iulij, *Die Hora*

ERRORES SIC CORRIGITO

In Sectione prima.

Vbi legitur	Legas
Con. 13. eſſe.	Eſt.
29. ttum.	tantum.
57. ma maxime.	maxime.
87. in fallor.	ni fallor.
96. remote.	remotæ.
109. abſum.	abſumi.

In Sectione ſecunda.

Vbi legitur	Legas
Con. 33. comphendi.	comprehendi.
39. De num..	Deum.
39. adari.	aduerſari.

In Sectione tertia.

Vbi legitur	Legas
Con. 13. dicatur.	dicat.
19. Impotentia.	potentia.
28. euitiam.	ui etiam.
47. Exerno	externo.
48. eicientis.	eiicientis.
50. Ingigant.	Indigeat.
53. Subicto.	Subiecto
55. eo exiſtunt.	coexiſtunt.
62. matierialem.	materialem.
64. Grauitates.	grauitate.
65. alterrationes	alterationes.
81. ea que quoquam.	ea quoque quam.
98. diſerimine.	diſcrimine.
100. eo Lunæ.	ex Lunæ.
104. æteſnis.	æternis.

In Sectione quarta.

Vbi legitur	Legas
Con. 8. Peripatica.	Peripatetica.
12. ueri	uero.
27. ſubſternat	ſubſternatur.

*

18. Quam	Cum.
70. minimi	minimi terra.
123. Sit à quo	Sit centrum à quo
125. deſcripti eſt.	deſcripti prima ſpecies eſt.
128. actum.	actum res.
129. omnibus in animis.	omnibus inanimis.
incorporibus, incorporibus.	incorporibus.
130. fiet	fit.
144. & ſicut.	ſicut
153. corruptionis.	corruptiuis.

In Sectione quinta.

Con. 16. Ad actionem.	actionem.
18. calori	calor
41. ceteri	cæteri dicant.
66. conconctio	concoctio.
102. deformitate	difformitate.
107. uerſus	uerſas.

In Sectione ſexta.

Con. 1. numeralia.	mineralia.
11. obiecto	obiecti.
26. excitatur.	non excitatur.
27. elicidunt.	elidunt.
64. Mediciis	Medicis.
81. acta	actu
98. ſſenſibilia	ſenſibilia.

In Sectione ſeptima.

Con. 11. natura	natura eſt.
22. certiorem.	certiorem uiſionem.
27. ſimpliciter.	ſimiliter.
57. diſſimiles.	diſſimiles ſunt.
62. indigesſit	indiguit.
62. acta	actu
82. uarium	narium.
104. quidem	quidam.
105. Inſtrumentem.	Inſtrumentum.